Nihil vnquam auidius expectaui. *Iamais ne me tarda
plus de rien que de cela.*

**Nunquam in siti ardentissima tam auidè potum appe-
tui.** *Iamais ne me fut plus tard de boire.*

**Nihil mihi longius est, quàm vidère matrem. vel Quàm
vt matrem videam.** *Il m'est bien tard que ie ueoye ma
mere. Il n'est rien qui me tarde plus que de ueoir ma
mere. Il me tarde fort de ueoir ma mere.* Ex Cicerone.

*Il me tarde bien de scauoir que me ueult mon pere,
qui m'enuoye querir.* 105

Auidissimè expecto, quid me velit pater, qui me accersit.
Quid me velit: Id est **Quamobrem me velit.** Sub. Con-
uenire, vel Alloqui.

Parle plus hault. 106

Attolle vocem. Lóquerè clarius.

¶ Il fault reprendre plus hault. Il fault commencer plus auant. 107

Altius repetendum est.

Res est altius repetenda.

Longius est repetendum.

Altius repete lectionē. vel, Repete altius.) Sub. Lectionē.

Reprens de plus loing. Recommence a lire de plus hault.

Incipè superius. Commence plus hault.

Incipè inferius. Commence plus bas.) Incipè: Sub. Lectionem, aut Legerè.

¶ Tu commences a racompter de plus loing qu'il ne fault. 108

Narrationem longius repetis, quàm res postulet.

Varietas. Longius, Altius.

¶ Cicero le dit expressément. Il en fait mention expresse. 109

De hac re Cicero nominatim mēminit.

¶ Iete l'auoye dict expressément. 110

Hoc tibi nominatim mandaueram.

Varietas. Nominatim, Scorsum.

Omnibus gratiam habeo: & scorsum tibi præterea. Ten scay bon gré a tous: & a nous d'aduantage en particulier. Terentius.

¶ SorteZ tout bellement, & gardeZ que l'huys ne face bruit. 111

Placidè egredere, & sonitum prohibe forium, & crepitū cārdinum. Terentius.) Hæ fores, forium, foribus.

Dicitur & Hæc foris: sed forius.

Hic cardo, cārdinis, Le puiot d'une porte, ou d'ung huys.

Crepitus cārdinum, Le bruit, ou le son que fait ung huys, ou une porte, en l'ouurant ou fermant. Crepàre enim fores dicuntur: Id est Vāheméter stridère. Faire grand bruit quand on les ferme, ou qu'on les ouure.

Plautus, Hanc forem pauxillulum áperi placide, ne crepet. *Ouvre ung peu tout bellement ceste porte, de peur qu'elle face bruit.*

Dicitur & stridor, stridõris.

Stridet ostium nostrum, quoties aut aperitur, aut clauditur. *Nostre huys fait bruit toutes les fois qu'on l'ouvre ou qu'on le ferme.*

¶ *Ne ne wouldroye pas estre de sa portiõ (ou a ses despēs) car il regarde de trop pres.* 112

Conuictor eius esse nollem: quia restrictè nimis obseruat. vel,

Nimis parcè sumptum facit. *Il est trop chiche.*

Restrictè obseruare. Ex Cicerone.

Parcè sumptum facere. Ex Terentio.

Est tenacior, vel nimium tenax. *Il est trop tenant.*

Est ad rem auidios.) Sub. Quàm deceat. *Il est trop sus la-uarice.* Terent.

¶ *Dis tu cela a bon escient, ou par ieu?* 113

Seriõ, an ioco, istud dicis?

¶ *Ne dy a bon escient: a fin qu'il ne uous soit pas aduis que ie me mocque.* 114

Seriõ dico: ne me iocari putes.

Loquor seriõ: ne me ioco dicere existimes. Extra iocum dico. Ex Cic. Iocari, Railler. Iocus & Iocatio, Raillerie. Ioco dicere, Dire par ieu ou par raillerie.

Salsus homo est. *C'est ung grand raillart.* Cic:

¶ *Ne puis aultre chose.* 115

Hoc amplius nequeo.) Hoc: Id est Hac re. Ablatiuus à neutro Hoc, huius. Nequeo: Sub. Facere.

¶ *Tu es cri de trop près a pres.* 116

Tu nimis angustè scribis.

¶ *Escri bien loing a loing.* 117

Scribe latissimè.

Scribe latioribus interuallis.

Scribe minutius. *Escri plus menu.*

Scribe crassius. *Escri plus gros.*

Scribe elegantius. *Escri plus mignonement.*

Il ne s'en fault gueres que ne soyons a la fin. Nous sommes bien pres du bout. Nous ne sommes pas loing de la fin. Nous approchons fort du bout. 118

Parum distamus à fine.

Haud procul est finis.

Instat finis.

Non procul abest finis.

Non longe quidem à fine absumus.

Propè adest finis.

Imminet extremum.

Longe absunt hinc homines.) Id est Locus hic longè remotus est ab hominibus. *c.e lieu est loing de gens.*

Je suis loing du college. 119

Longe absum gymnasio.

Longo interuallo à schola remòtus sum.

Je suis de loing. 120

Ego sum longinquus.

Longe absum.) Sub. Ab hoc loco.

Il ne s'en fault gueres. 121

Paulùm interest.

Il ne s'en a gueres fallu. 122

Parùm quidem absuit.

Paululùm interfuit.

Nihil propius factum est. Ex Cicerone.

Il ne s'en fault gueres que ie ne sache ma leçon. 123

Ferè memoria teneo prælectionem.

Selon ce que i'ay peu congnoistre. 124

Quantum intellexi.

Quantum cognoui.

Quantum perspexi.) Id est Quantum intelligere potui, &c.

¶ Selon que ie puis ueoir: C'est a dire Que ie puis enten-
dre. A ce que ie uoy. A ce que i'entens. 125

Quantum video.) Id est Quantum intelligere possum.

Quantum audio.

Terent. in Andria, Herus, quantum audio, vxore excidit.

Videre & audire, pro intelligere. Metaphora.

¶ Plusieurs sont allez iusques bien loing au deuant des
ensans du roy qui reuenoient d'Espaigne. 126

Liberis regiis ex Hispania redeūtibus multi obuiā quā
longissimē processerunt. Ad Ciceronis exemplum,
Philip. 11.

¶ C'est assez dict. Il me suffit. 127

Satis est.

Sat habeo.) Id est Mihi sufficit.

Affatim est. Plautus.

Sat est. Abunde est. Plautus.

¶ Il suffit d'auoir dict cecy. 128

Hoc dixisse satis est.

¶ C'est assez d'ung. Il suffit d'ung. 129

Satis est vnus. Vnus sufficit.

Sufficiunt duo. C'est assez de deux.) Sic in cæteris.

¶ Tu auois bien gagné d'auoir ce que tu as eu. Tu l'auois
bien meritè. 130

Satis istud merueras.

Istud probè meritus eras.

Ornatus es ex tuis virtutibus.) Id est Vt merueras.

Dignum factis præmium retulisti.

Mercèdem tibi debitam abstulisti.

Sic meritum est meum. Te l'ay ainsi meritè: C'est a dire,
cela m'est adueni par ma faulte.) Meritum hîc in ma-
lam partem accipitur. Terent.

¶ Te scay bien qu'il ne me refusera pas cela. 131

Hoc mihi non denegabit, sat scio.

Hanc rem, satis scio, non mihi negabit.

¶ *Je ſçay bien que ie n'auray point d'argēt de mô père.* 132
 Pecunias, ſatis ſcio, nullas à patre accipiam.

¶ *Tu es bien fol de penſer cecy.* 133

Iſtud cogitans vehementer erras.

Plurimum falleris, qui ſi exiſtimes.

Næ tu ſtultus es, qui ſic putas.

¶ *Paradventure ne ſera il pas content.* 134

Fortaſſe nolet.

Fortaſſe recufabit.) Sub. Id facere.

Forſitan abnegabit.

¶ *Paradventure uiendra il demain.* 135

Forſitan pater cras veniet.

Varietas. Forſan, Forſitan, Fortaſſis, Fortaſſe, Gallicè, *Paradventure*. Sed FORSAN, magis eſt poeticum.

Fortè, D'adventure.

Cum domum redirem, fortè occurri fratri tuo. *En retour-
 nāt ches nous, d'adventure i'ay rencōtré uoſtre frere.*

Varietas. Occurri, Factus ſum obuiā, Factus ſū obuius, Of-
 fendi tuum fratrem, Incidi in fratrem tuum.

¶ *S'il uient d'adventure: dy luy qu'il m'attende.* 136

Si fortè venerit: dic vt me expectet.

Caue tibi ne fortè deprehendaris à præceptore. *Donne
 toy garde de peur que tu ne ſois d'adventure ſurpris du
 maître.*) Cautè dicas, Ne forſan.

¶ *Je uois avec toy.* 137

Eo tecum.

Eotecum vnā. *Je uois quant e'z toy.*

¶ *Allons nous deux: ie te tiendray compaignie.* 138

Eamus vnā: egote comitabor. Egote aſſectabor.

Comitari, A compaigner, faire compaignie a ung aultre.

Aſſectari, pro eodem.

¶ *Allons nous deux.* 139

Eamus vnā.

¶ *Tirons del'eau nous deux.* 140

Hauriamusaquam vnà.

Quomodo vtendum est nomine ambo? Ad hoc exemplum, *Il en fault user en ceste maniere.*

Sunt mihi duo fratres, ambo me natu maiores. *J'ay deux freres, lesquelz sont tous deux plus aagez que moy.*

¶ *On tire desia l'eau.*

141

Iam hauritur aqua.

¶ *Je ne puis faire tout ensemble.*

142

Non possum vnà omnia.) Sub. Facere.

Non possum simul omnia facere. **NON POSSEM**, ferè vulgus dicit, pro Non possum.

¶ *Je ne puis pas dire tant de choses a la fois.*

143

Nequeo tot negotia simul sustinere.

Vno spiritu tot curare negotia non queo.

Non possum par esse pluribus simul negotiis. *Je ne puis pas fournir a plusieurs choses tout ensemble.*

Varietas. Par esse, Sufficere, Satis esse.

¶ *Je ne puis pas fournir a deux affaires tout au coup.*

144

Duabus rebus non queo simul sufficere.

Duo negotia simul obire nequeo.

Simul sorbere & flare non possum.) Prouerbiū ex Plauto satis perspicuum.

Sorbere, *Hummer.* Flare, *Souffler.*

Simul: Id est Eodem tempore, *Quant & quant.* Tout d'ung quant, *Tout ensemble.*

¶ *Bien de par dieu, prenons le cas qu'il soit ainsi.*

145

Sit ita sanè.) Hoc est Concedamus sanè ita esse. Cicero.

¶ *Bien de par dieu, qu'il se garde bien pour soy.*

146

Sibi habeat sanè,

Sanè, aduerbiū concedendi. *Quand on accorde quelque chose a ung aultre.*

¶ *A. Veuls tu uenir a moy? B. J'en suis content.*

Volo sanè.

Placet mihi.

Equidem volo.

Vt libet.

Maxime.) Sub. Id volo.

¶ *Te le ueulx bien.*

148

Apprime volo.

Maxime.

Mihi pérplacet.

Nihil magis velim.

Nihil prius, aut potius habeo.

Percúpio.

Péruelim.

Perquam velim.

¶ *A. Je m'en uois a la reigle: y ueuls tu uenir? B. Et bien, ua de par dieu.*

149

A. Eo in auditorium: vísne venire? B. I sane.

¶ *Il ne ua point en auant. Il ne prouffite point.*

150

Omnino non proficit.

Nihil prómouet.

Nullum omnino profectum facit.

Facere profectum, ex Cicerone est.

Promouère, *Aller en auant: c'est a dire, Prouffiter.*

Petrus multum promouit.) Id est Profecit. *Pierre est fort auancé. Il a beaucoup prouffite. Et hoc absolute. Actiue autem sic,*

Habui præceptorem, qui me plurimum promouit. *I'ay eu ung regent, qui m'a fort auancé: c'est a dire Qui m'a beaucoup fait prouffiter.*

Satis promouit, qui docuit amare literas.) Hoc est Satis prouexit præceptor discipulos, qui docuit eos amare literas. Erasmus.

Bene promouet pucros. *Il fait bien prouffiter les enfans.*

In discipulorum profectu multum sumit operæ.) Id est

Multum laborem insumit in discipulis promouendis.

Il prend grand' peine a faire prouffiter ses escoliers.

Discipulos exercet diligenter. *Il fait bien estudier ses escoliers.*

¶ *A grand' peine scait il qu'il fait, tant est enflambé de*

courroux.

151

Vix est animi compos: ita ardet iracundia.

¶ *LA grand' peine puis ie uiure.*

152

Vix colo vitam. Ex Plauto.

Magnolabore victum quarito. Ex Terentio.

Nihil aliud quàm victito. *Ie ne fais que uiuoter.*

Ægrè vitam ago.

Vitam ægerrime traho.

¶ *LA grand' peine quand tu seras uieil: desapprẽdras tu
ce que tu auras accoustumẽ de ieune eage.* 153

Vix senex ea dediscas, quibus iuuenis assuèueris.) Senex:

Id est Quando senex eris.

Iuuenis: Id est In iuuenta.

Dedisco, dediscis, dedidici, supinis caret: Desapprẽdre, ou-
blier. vt Dediscere sermonem cui assuèueris. Desapprẽ-
dre le langage qu'on a accoustumẽ. Ex Quintiliano.¶ *Tu es presque cheut.*

154

Ferè cecidisti.

Parum abfuit, quin caderes. *Il ne s'en fallut guere que tu
ne cheusses.*

Nihil propius fuit quàm vt caderes.

Haud multum quidem interfuit quin cecideris. *Il ne s'en
a gueres fallu, que tu ne sois cheut.*

Varietas. Ferè, Fermè, Penè, Propè, Propèmodum.

¶ *Ie suis eschappè petit a petit.*

155

Paulatim elapsus sum.

Pedetètim euasi.) Paulatim & Pedetentim aduerbia sunt
remittendi, seu extenuandi.¶ *Dy tout bellement.*

156

Dic sensim. Cic, Philip. 2.

Varietas. Sensim, Lentè.

¶ *Ie diroye bien ma lecçon tout courant par cuer.* 157

Prælectionem possum cursim pronunciare.

¶ *LA bonne cause. Non sans cause.*

158

Meritò.

Non iniuria.

Non ab re.

Non imméritò.

¶ *La tort.*

159

Imméritò,

¶ *L'auroye beau effueilleter tout le liure pour trouver
ung mot.*

160

Longum est, totum còdicem euoluere, vt vnicum ver-
bum inueniam.

Varietas. Voluere, Euoluere.

Terentius, Longum est, nos illum expectare, dum exeat.

¶ *Nous aurions bel attendre tant qu'il sorte.*

Longum est, me expectare te, dum redeas. I'auroye beau
uous attendre, tant que uous soyeꝛ reuenu.

Varietas. Expectare, Præstolari, Opperiri.

¶ *Et encore ne le diray ie pas, a fin que tu ne t'y attendes
point.*

161

Ne nunc quidem dicam, ne expectes.

Ne nunc quidem faciam, nequid erres: Et encore n'en
feray ie rien, a fin que tu ne t'abuses pas.

¶ *Encores tu me l'as dict toy mesme.*

162

Etiã dixisti ipse mihi.

¶ *Te ne t'aideroye seulement pas d'ung liard.*

163

Ne quadrante quidem te iuarem.

Varietas. Te iuarem, Te iuare vellẽ, Te iuare velim,
Tibi succurrerem, Tibi subuenirem.

Varietas. Iuare, Adiuare, Opitulari, Auxiliari, Auxilio
esse. Sed tria posteriora cum datiuo construuntur.

¶ *Te ne te racheteroye pas d'ung double.*

164

Ne sextante quidem te redimerẽ.

¶ *Te ne t'aideroye pas seulement d'ung escu: mais aussi
de tout mon argent.*

165

Non solũ vnico aureo nũmo: sed etiã omni pecunia

meate adiuuarem.

Omni pecunia, nedum vnico aureo te iuarem. Id est
Te adiuuare, seu iuare vellem.

*Comme nous parlions françois: le regent est suruenu
que nous n'y pensions pas.* 166

Cum Gallice fabulareretur: præceptor interuenit de im-
prouiso.

Le messenger est uenu que ie n'y pensoye pas. 167

De improviso venit nuntius.

Inopinato aduenit.

Venit me inspirante.

Adfuit improuisus.

Præter spem meam venit.

Venit præter opinionem meam.

Inspiratione venit.

Venit insperatus.

Præter expectationem venit.

*Voire mais ie perdray cela toutes fois. Mais ie perdray
tousiours cela pourtant.* 168

Atqui illud mihi peribit.

Sed interim iacturam eius reifaciam.

At interim hoc mihi deperibit.

Aduersã di, pro- hibendi, fauendi,

Il ne ueult tenir d'homme du monde. I

Nemini prorsus vult cedere.) Hoc est Nemini i vult se sub-
mittere. Il ne se ueult soubmettre a personne.

¶ Il ne veult obeir a personne.

Parere vult nemini.

Nemini vult obedire.

¶ Il ne se veult assubiectionner a personne. Il ne veult point estre subiect.

Nemini vult seruire.

Omne recusat imperium.

¶ Il veult domner tout le monde. Il veult que chascun tienne de luy.

Vult esse primus omnium.

Vult omnium summus haberi.

Omnibus se præferendū putat.) Id est Cæteris omnibus.

Non potest quenquam ferre parem.

Lucanus, Nec quenquam iam ferre potest Cæsarve priorem, Pompeiūve parem.

Præ se omnes postponendos ducit.) Id est Putat.

Nemini se conferendum putat.) Id est Comparandum.

Anteponi studet omnibus.) Hoc est Cæteris omnibus.

Nulli secundus esse sustinet.) Id est Paritur.

Impatiens est secundi loci. Apud Lucanum.

Varietas, Summus, Supremus, Maximus, Primus.

Præ se vno neminem hominem putat.) Hoc est Omnes præ se contēnit. *Il ne tient compte d'hōme du monde au pris de soy. Il luy semble qu'il n'est hōme qu'il le uaille.*

¶ Il veult estre maistre de tous.

Vult omnibus dominari.

Affectat in omnes imperium.

Studet omnibus imperare.

¶ Tout le monde scait bien que tu as empesché que ie ne feusse de la premiere reigle.

Nemo est, qui nesciat, quo minus essem primæ classis, per te factum esse.

Varietas. Nemo est qui nesciat, Nemo non nouit, Id omnes compertum habent, Omnibus constat, Omni-

bus compertum est.

Varietas. Primæ classis, De prima classe.

☞ *Je ne seray pas subiect a tō plaisir, a fin que tu l'entendes, ou a fin que tu ne t'abuses pas.* 7

Non seruiam tuæ libidini: ne frustra sis.

Non habebis me factum ad tuas libidines. Ex Cicrone:

Tuis studiis, ne erres, non obsequar.) Ne erres, Ne frustra sis. A fin que tu ne t'abuses pas. Vt tu sis sciens.

A fin que tu l'entendes. Ex Plauto & Terentio.

☞ *Fay moy du pis que tu pourras.* 8

Age in me quàm pessimè potes. Plautus.

Profunde in me omnes corporis, & animi vires.

Consumme in me omnia consilia tua.) In me: Id est Contra me.

☞ *Je le feray en despit de toy, en despit que tu en ayes.* 9

Odio tui faciam illud.

Illud te inuito faciam. *Je feray cela maulgré que tu en ayes.*

Quantilibet resistas, faciam tamc.) Id est Quantumlibet.

Tu as beau faire: si feray ie cela.

Quantumuis repugnes, nihilominus id faciam.

Velis nolis id faciam.

Hoc, vel te inuito, faciam.) Vel, pro etiam.

Etiam si maximè nolis, tamen faciam.) Nolis: Id est Recuses. Ex Plinio in epistolis.

☞ *Cestuy ha de l'esprit: quand on le ueult feßer, il fault enuoyer querir le principal.* 10

Næ ille est lepidus: vbi cum cædi oportet, tunc gymnasiarcha est accersendus.

Varietas. Næ ille est lepidus. *Vrayement il a bonne grace.*

Nonne est vrbanißimus homo? N'est il pas gentil compaignon? N'est il pas habile homme?) Omnia per ironiam dicta.

¶ Il ne se ueult pas laisser battre a son regent. 11

A præceptore non finit se verberari.

Non sustinet à didáscalo vapulari.) Id est Non páitur.

Non fert libenter plagas à præceptore.

Didáscalo pœnas dare contumaciter recusat.

Varictas. Non fert libenter, Nō patitur libens. Il ne ueult
endurer.

¶ Il est inobedient. Il est desobeissant. 12

Est cóntumax.

Contumax, propriè dicitur contemptor potiorum. Ce-
luy qui ne tient compte des superieurs, qui ne ueult
obeir, qui est inobedient. Donatus.

Contumacia, Inobediencia.

Contumaciter, Par inobediencia.

Non facile fert imperium. Il n'endure pas uoluntiers.

Impatiens est imperii. Il est rebelle.

¶ Pourquoi desobeis tu a ton regent? Pourquoi fais tu
contre sa uolunté? 13

Cur tu repugnas didáscalo?

Cur præceptori non morem geris?

Cur præceptori parère recusas?

Cur magistro non libenter pares?

Cur es aduersum præceptorem contumax?

Cur præceptori non es dicto audiens?

¶ Ce mauuais garson la ne tient compte de ce que le
regent luy commande. 14

Ille verbero, præceptoris imperium contemnit.

Omnino patrem contemnit. Il ne tient aucunement
compte de son pere.

¶ Il n'a pas uoulu uenir pour son regent. 15

Præceptoris iussu venire noluit. Aut Venire recusauit.

Dic cuius iussu venias, & quam obrem veneris. Dy de par
qui tu es uenu, & pour quelque cause. Ex Plauto.

Iussu tuo venio. Je viens a uostre mandement.

¶ Tu n'as que ueoir sur moy. Je ne suis ne ton cerf, ne ta bische.) Gallicum prouerbium. 16

Nullum habes in me imperium.

Non sum in tua potestate.

Non sum in tua manu.

Sub tuo non sum imperio.

Nulla est tibi aduersum me auctoritas.) Id est In me.

Nil habes in me iuris.

¶ Il m'a engardé & empesché de ce faire. 17

Non permisit me id facere.

Prohibuit me id facere.

Per eum non licuit mihi.) Sub. Id facere.

¶ Ma mere ne m'a pas voulu laisser reuenir plus tost de la maison. 18

Mater non siuit me domo redire citius.

Prohibuit me citius reuerti. Elle m'a engardé de reuenir plus tost.

Citius redire non concessit mihi.

Maturiorem reditum mihi negauit.

¶ Je ne t'en ay pas engardé. 19

Non te prohibui.

Non te impediui.

Non tibi fui impedimento.

¶ Il ne m'a pas laissé acheuer le ieu. 20

Inhibuit me ludo.

¶ Il ne m'a pas laissé acheuer de dire. 21

Me interpellauit.

Interrûpit meum sermonem.

Non permisit vt finirem.) Sub. Sermonem.

Abrûpit vocem meam.

Mihi per eum non licuit absolueri.

¶ Je laisse a iouer pour toy. 22

Ludo, propter te, abstineo.

Me prohibes ludo. Tu me gardes de iouer.

- ¶* *Te laisse a boire pour la presence du regent.* 23
 Præsentia præceptoris abstineo potu.) Id est Propter
 præsentiam.
- ¶* *Tu es contre luy.* 24
 Aduersaris illi.
 Tu es illi aduersus.
 Terentius, Aduersus nemini: Id est Facile cedens omni-
 bus. *Obeissant a tous.*
 Tu es illi aduersarius.
 Tu aduersarius eius es.
 Tu repugnas illi.
 Tu es illi impedimento.
 Neque mihi cõcêdit, neque repugnat.) Id est Nec mihi
 fauet: nec aduersatur. *Il n'est pour moy: ne contre moy.*
 Ex Cicerone.
- Aduersari, *Aller a l'encontre: c'est a dire Nuire a ung
 aultre pour l'empescher de faire ce qu'il ueult.*
- Resistere, *Tenir bon contre celuy qui nous assault.*
- Semper mihi aduersatur. *Il en ueult tousiours a moy. Il
 ha la pique contre moy.*
- ¶* *Pierre a esté grandement contre moy.* 25
 Petrus mihi vâheméter aduersatus est.) Id est Restitit,
 Obstetit, Repugnauit.
- Habui hesternò die Petrum acerbissimum. *Pierre fut
 formellement hyer contre moy.*
- ¶* *Il ne m'a point tenu de rigueur. Il ne m'a point esté
 rigoureux.* 26
 Mihi satis æquus fuit.
 Illum satis iustum habui.
 Nõ egit pro suo iure aduersum me omnia. Ex Teretio.
 Mihi non fuit acerbus.
 Sũmo iure nõ egit mecum. *Il ne m'a pas tenu rigueur.
 Il ne m'a pas fait du pis qu'il a peu.*
 Egìt mecum duris legibus. *Il m'a traicté rudement.*

Maritimis moribus mecum experitur.) Id est Agit mecum amarissimis & acerbissimis moribus. *Il me tient terme rigoureux. Vt sit ab aqua maris translatio. vel, Ab hominibus durissimis & sæuissimis, quales scilicet sunt ferè nautarum mores. Iocus est Plautinus ex m Cistel.*

Durissimis legibus te coercebo.) Id est Seuerissimè & arctissimè. *Je te bailleray une bride a hault mors: c'est a dire, Je te rengeray, Je te tiendray de court.*

Fuit mihi non inimicus.) Id est Non admodum contrarius. *Il ne m'a pas esté fort contraire.*

¶ *Tu luy fauorises. Tu es d'auccques luy. Tu es pour luy.* 27

Tu faues illi.

Tu es fautor eius.

Tu illum defendis.

Tu es defensor illius.

Ab illo es.) Id est Faues illi. Sic Donatus in Terentium.

Quasi patrônus eius es.

Tu patrocinaris ei.

Tu illum foues.

Virgilius, -mecúmque fouebit

Romanos rerum dominos.) Id est Romanis fauebit.

Illum sústines.

Brutus Ciceroni, Apuleium verò tu tua authoritate sústinerere debes.) Id est Defendere.

Tu stas ab eius partibus. *Tu es de son party. Tu brigues pour luy. Tu es de sa brigade.*

Adsis, quæso, mihi fautor & cōsultor. *Je uous prie defende de moy & me conseille.* Ex Sallustio.

Simulat se mihi fauere: omnino tamè aduersatur. *Il fait semblant de me soustenir: mais il est du tout contre moy.*

¶ *Il fauorise a qui bon luy semble.*

Fauet, quibus videtur.

Studet, quibus vult.

¶ Il a mené toute sa brigade.

Totam illius petitionem gubernauit. Cicero.

¶ Il a tenu bon pour toy.

Acerrimus tui defensor fuit.

A tuis partibus stetit audacissimé. Ex Liuius.

¶ Il s'est bien battu pour toy.

Acerrimé pro tuo capite depugnauit.

Varietas. Pro te, Pro capite tuo, Pro tua vita, Pro tua salute.

Amôris, &

O D I I.

C A P. I I I I.

¶ Il t'aime de bon cœur.

Bene tibi ex animo volo. Valde te amo.

Ex animo te diligo.

¶ Il m'a en grande reuerence.

Ille summa obseruantia me colit.

¶ Il t'aime autant comme tu m'aimes.

Ego tibi in amore respondeo.) Id est Amo te, quemadmodum tu me amas. Cicero.

Ego vicissim te amo.

Mutuò te diligo.

Mutuò te prosequor amore.

¶ Il s'entr'aime autant l'ung que l'autre.

Sunt pares amici.

Sunt in amore pares.

Æquales sunt beneuolentia.

Æquè se inuicem diligunt.

Ex æquo inter se amant.) Id est Æquè se inuicè amant.

*¶ Nostre amour a fait, que ie uous aduertisse hardi-
ment & priuément.*

Fecit noster amor, vt te audacter monèrè, & familiariter.

Fecit, In causa fuit: Id est Me impulit.

Audacter.) Id est Liberè, & nihil timendo. *Franchement,
& sans rien craindre.*

*¶ La grande amour que i'ay enuers uous, m'a fait fai-
re cecy.*

Singularis erga te amor me⁹, hoc vt facerè, me impulit.

¶ Te uouldroye que tu m'aimasses autât que ie t'aime. 7

Vellem ex æquo me amares.) Ex æquo: Id est Æquè, *Ega-
lement.*

Vtinam mihi in amore responderes.

Vellem, me périnde amares, ac te amo.

Vtinam mihi esset pars æqua amoris tecum.

Vellem hoc mihi contigisse, vt me tantî facere posses
quanti te facio.

O si mutuò me amares.) O si: Id est O vtinam.

Varietas. Périnde ac, Périnde atque: Æquè ac, Æquè at-
que: Id est Tantum quantum.

¶ Il l'aime si fort, qu'il en meurt sur le pied. 8

Eius amore contabescit. Plautus.

Amat eum perditè.) Id est Væhemétissimè. Ex Terétio.

Eam miserè amat. Terentius.

Eam déperit. vel,

Eius amore deperit. Ex Plauto & Terentio.

¶ Il n'aime pas l'ung plus que l'autre. 9

Eximium in amore neminem habet.

Omnes æquè diligit.

Nullò discrimine amat omnes.

Vno omnes habet ordine. Ex Virgilio.

Eòdem número omnes habet.

Habet omnes eodem loco.

Omnes quidem ex æquo amat.

Habet omnes in eodem amoris loco.

¶ Te te dois bien aimer.

10

Merito te amo.

Amo te merito tuo plurimum.

Amo te: idque merito tuo.) Sub. Facio.

Non iniuria te amo.

Merito te semper máximi feci. Non sans cause ie vous ay
tousiours fort aimé.

*¶ Vous m'auéz bien monstré combien uous m'aimez
fort.*

11

Quantum me amares, aperuisti mihi. Ex Plauto.

Perficiam, vt intelligas te mihi esse charissimum. Te fe-
ray tant que uous congnoistrez que ie vous aime singu-
lièrement. Ex Cicerone.

*¶ Il a souuent conféré avec moy, & communiqué ses
secrets.*

11

Sermones & consilia sæpe contulit mecum.

Sæpenumero mecum sermones & consilia cõmunicauit.

Sæpe fui sermonum & consiliorum eius particeps.

*¶ Mon pere m'aime bien : pource qu'il dict beaucoup
de bien de moy.*

13

Me pater vâhementer amat : cum multa de me bona
dicat.

Terentius, Tum vno ore omnes omnia bona dicere,

Cum pater de me semper optimè prædicet: magnú est
eius in me amoris argumentum. Veu que mon pere
dict tousiours tant de biẽ de moy: c'est signe qu'il m'ai-
me bien.

¶ Te suis bien priué avec luy.

14

Vt or eo familiarissimé.

Multa mihi cû illo intercêdit familiaritas. Ex Cicerone.
Est mihi familiarissimus.

¶ Il est de mes grans amis.

15

Est mihi amicissimus.

Summus est mihi amicus.

Est mihi summus.) Sub. Amicus.

Est de meis intimis.

Est mihi coniunctissimus.

Est mihi præcipuè charus.) Id est Charissimus. *Je l'aime singulièrement.*

Cum illo magna est mihi gratia. *J'ay grande amour & alliance avec luy.* Ex Cicerone.

Intimus est regis consilio. *Il sait tout le secret du roy.*

Est regi à secretis. *Il est secretaire du roy.*

Varietas. A secretis, Ab aure, Ab arcanis consiliis.

Secundus est à rege.) Id est Post regem primus. *C'est la seconde personne apres le roy.*

¶ *Tout le monde le hayt.*

16

Oderunt illum omnes.

Nemo illum non habet odio,

Omnes ei malè volunt,

Omnibusest odio.

Est omnibus inuisus.

Est apud omnes inuidiosus.

Optimo cuique est odiosus. *Il est hay de toutes gens de bien.*

¶ *Il n'y a personne qui ne te haye.*

17

Nemo est, quin te óderit.

Nemo te non odit.) Id est Omnes te odérunt.

Omnes ad vnum te odérunt. *Tu es hay de tout le monde.* Ad vnum: Id est Ne vno quidem excepto. *Sans en excepter aucun.*

Odio, odis, non dicitur: sed odi, óderam, odissem, &c.

¶ *Je uoy bien qu'il me hayt.*

18

Satis video, me esse illi odiosum.

Inuisum me esse illi sentio.

Odit me, satis scio.

Odit me, quod planè video.

Il est courroucé contre moy.

Iratus est mihi.

Mihi succenset.

Il est fort courroucé a toy.

Tibi est infensus.

Tibi vāhementer iratus est.

In te grāuiter est commōtus.

Tibi succenset, & quidem grauiſſimē.

Eum grauiter offendisti. *Tu l'as grandement offensé.*

Il luy uouldroit auoir arraché les yeulx de la teste.

Vellet illi oculos effodiſſe.

Cūperet illi vtrunque oculum eruiſſe.

Oculos illi effoſſos vellet.) Effoſſos: Sub. Eſſe.

Varietas. Effoſſos, Erutos.

Beneficiōrum,

officiorum, & gratificandi.

CAPVT V.

Tu m'as fait ung grand plaisir..) Hoc varios habet sensus, vt patet ex formulis infra scriptis.

Magno me affecisti beneficio.

Magnū dedisti mihi beneficiū. *Tu m'as fait ung grand plaisir: c'est a dire vng grand bien. Comme qui diroit, Je suis bien tenu a toy, que tu m'as fait ung tel bien: ou que tu as fait cela pour moy.*

Tu m'as fait ung grand plaisir: c'est a dire Recreation, Ioyeuſeté, Passe temps.

Magna me affecisti voluptate.

Vāhementer me oblectasti.

Maximam mihi attulisti voluptatem.

Vide plures de hoc formulas sub titulo Gaudii & doloris.

Tu m'as fait plaisir: c'est a dire Tu m'as fait une chose fort agreable. 3

Gratum mihi fecisti. Pergratum mihi fecisti.
Fecisti mihi gratissimum.

Quod de rebus tuis ad me scripseris, pergratum mihi fecisti. Tu m'as fait tres grand plaisir, de m'auoir escript de tes nouvelles, ou de tes affaires: c'est a dire l'en suis fort ioyeux.

Mihi gratissimum feceris: si me de meorū tuorumque valetudine literis tuis feceris certiozem. Tu me feras grand plaisir, si par tes lettres tu me fais scauoir comment se portent nos amis.

Id si feceris, erit mihi vāhemētissimē gratum. Si tu fais cela, ce me sera une chose merueilleusement agreable.

Hoc mihi gratius facere nihil potes.) Grātius hoc: Id est Hac re. Tu ne me pourrois faire plus grand plaisir.

Vides ex suprà dictis, Gallicum nomen P L A I S I R, tria significare.

Primò, beneficium: secundò, voluptatem: Id est oblectamentum: tertio, gratum: Bien fait, & passetemps, & chose agreable.

Est præterea voluptas corporis. D'auantage P L A I S I R en François signifie volupté: c'est a dire Delectatiō charnelle, Plaisir mondain, Plaisance mondaine, Plaisir charnel, Plaisance charnelle: comme on diroit,

Virtu ne peult aucunement regner avec charnelle delectation: avec plaisir mondain. Omnino in regno voluptatis non potest virtus consistere.

Voluptas nullum habet cum virtute commercium. Volupte corporelle, charnelle delectation, plaisir mondain ne se peult iamais accorder avecques vertu.

Tu me fais grand plaisir de dire cela. 4

Istud dicens, magna me afficis voluptate.

Istis verbis aures mihi demulces.

Varietas. Demulces, Permulces, Délinis.) A delinno, delin-
nis, deliniui, delinire, delinitum.

¶ Tu te fais bien prier pour me donner cela. 5

Nimium te orari finis, vt des istud mihi.

Adcône te esse ingenio duro, atque inexorabili.) Te esse:

Sub. Decet, vel oportet. Deue^z uous estre si difficile a
octroyer ce qu'on uous demande: Ex Terentio.

Homo inexorabilis, Vng homme de qui on ne peult rien
tirer, Qui ne ueult rien octroyer, Qu'on ne peult aba-
tre, Qu'on ne peult gagner.

¶ Serue^z uous du mien comme du vostre. 6

Omnibus meis vtere tuo arbitratu.

Rebus meis périnde ac tuis vtaris, licet.) Id est Tu potes
tam vti meis rebus, quàm tuis.

Vtere meis, non secus ac tuis.

Vtere meis omnibus ex tua voluntate.

Obsecro te ; omnibus meis rebus non modò vtere : sed
etiam frùere.

Opibus eius sic fruor, vt meis. *Je fais a mon plaisir de
tous ses biens, comme des miens.*

Si mea opera vti voles: semper ero paratissimus. Si tu te
ueuls seruir de moy: ie seray tousiours tout prest.

Meam tibi operam, quotiescunque voles, libenter accò-
modabo.) Meam operam: Id est Meum laborem. *Je
uons dideray uoluntiers de mon labour, toutes fois &
quantes qu'il uous plaira.*

Meum, tuum, suum, nostrum, & vestrum, absolutè posi-
ta: significant, rem meam, rem tuam, rem suam, rem
nostram, rem vestrâ. *Ce qui est a moy, ce qui est a toy,
ce qui est a luy, ce qui est a nous, ce qui est a vous.*

Suū cuiq; pulchrū.) Sub. Videtur. Vng chascū troune beau
ce qui est a soy. Chascū loue le siē, chascū prise ce qu'il ha
Suum cuique placet.) Absolutè posita: Id est Quod vul-
gus dicit, Substantiuata in neutro genere.

Beneficiōrum

RECORDATIO.

CAP. VI.

Cil a fait son deuoir. 1

Suo functus est officio.

Suum fecit officium.

Suum munus obiuit.

Officio viri boni functus est.

Fecit vt virum bonū decet. *Il a fait en homme de bien.*

Cil a fait tout son deuoir enuers moy. 2

Omni officio mihi satisfecit.

Omne officium mihi præstitit.

Nullum erga me officium prætermisit.

Cil fait pour ses amis tout ce que doit faire ung homme de bien. 3

Erga amicos nullum viri boni officium prætermittit.

Omne viri boni officium amicis præstat.

Ctu n'as iamais cessé, tu n'as iamais eu repos, iusques a ce que mon cas ait esté parfait. 4

Nunquam, nisi perfecta re, de me conuicisti. Ex Cicero.

Cil s'en fault beaucoup que ie face pour toy, comme tu as fait pour moy. 5

Plurimū interest, vt idem in tuis rebus, quod tu in meis, efficiam.) Quod tu in meis: Sub. Rebus effecisti.

Cil ne me faillit iamais au besoing. 6

Mihinunquam defuit laboranti.

Semper mihi in aduersis præsto fuit.) Id est Adfuit mihi, Adiūuit me.

Varietas. In aduersis, In aduersa fortuna, In calamitate, In rebus aduersis.) Aduersa, aduersorum, absolute po-

nitur, pro rebus aduersis. *Pour aduersité.* Terentius.

¶ Tu m'as fait plaisir deuant que ie t'en feisse. 7

Tu me beneficio prouocasti.

Abs te sum beneficii prouocatus.

De me prior bene méritus es.

Vltro in me beneficium contulisti.

¶ *Je ne te pourray iamais recompenser pour les biens que tu m'as fait. Je ne te scauroye iamais rendre les plaisirs, que tu m'as fait.* 8

Nunquam tibi, pro tuis in me beneficiis, potero satisfacere.

Cic. Philip. 2. Nunquam mihi pro tuis in me iniuriis satis es facturus. Tu ne me pourrois iamais recôpenser pour les desplaisirs que tu m'as fait.

Accepi ex eo multa bona. Il m'a fait beaucoup de biens.

Multa in me beneficia contulit. Sallustius.

¶ Tu m'as mis hors de tout enuuy, de toute fâcherie. 9

Omni molestia me liberaſti. Ex Cicerone.

Absterſiſti mihi omnem moleſtiam.

Abstergo, abstergis, absterſi, absterſum.

Omni cura me expediſti.

Curam omnem ademiſti mihi, Terentius.

Adimo, adimis, adémi, adéptum.

Varietas. Liberaſti, Expediſti, Exemiſti, Exoluiſti, Extricaſti.) Hæc omnia legútur in hoc ſenſu: ſed tribus poſterioribus rariuſ vtendum erit.

Liberatus ſum ea moleſtia. *Je ſuis deliuré de ceſt enuuy, qui me chargeoit tant.*

¶ Il m'a offert cela de ſon bon gré. 10

Vltro mihi eam rem détulit.) Vltro: Id eſt Nō rogatus.

¶ *Cela uient de uoſtre grace.* 11

Illud beneficio tuo effectum eſt.

¶ *J'ay eu cela par uoſtre moyen.* 12

Tua opera id sum consecutus.

Per te id sum affectus.

Tuo beneficio id adeptus. *J'ay eu cela par vostre grace.*

¶ Sans vous ie n'eusse iamais eu cela.

13

Absque te esset, nunquam id consecutus essem.

Plautus, Absque foret te, sat scio, in alto detraxissent.

Nisi tua opera, nunquam huc peruenissem.) Hoc est Nunquam ad hanc rem peruenissem, nisi ad eam peruenissem tua opera. *Par vostre moyen.*

¶ Je vois chez luy quand il me plaist.

14

Eius domus semper mihi patet.

Omni tempore mihi patent eius fores.

Capere, & acci-

P E R E.

CAPVT VII.

¶ Il m'a prins par la main.

Ille meprehendit.

1

¶ Il m'a prins de sa main dextre.

Me dextra manu prehendit.

2

Me dextra sua comprehendit. Valerius.

¶ A. ca la main. B. Tien.

A. Cedò manum. B. Accipe.) Cedò: Id est Da. Verbum defectiuum.

3

¶ Prends le si tu ueuls, ie n'en ay que faire.

Si placet, accipe: non enim hoc egeo.) Hòc: Id est Hac re.

4

Si libet, utere: non est mihi opus in presentia.

Uttere si vis: nunc enim nihil opus est mihi. *serue & vous en sil uous plaist: car ie n'en ay que faire pour ceste heure, pour le present.*

Varietas. Non hoc egeo, Nihil eius indigeo.) Id est Huius rei. *Je n'ay que faire de cecy.*

Quas tu prins ce propos?

Vnde sumpsisti istud verbum? Id est Ex quo authore. 5

Ex quo tandem authore istam sententiam mutuatus es? Varietas. Sumpsisti, Desumpsisti, Assumpsisti.

Cicero, Illinc assumes, quæ ad hunc locum pertinebunt.

J'ay prins cela sur la leçon.

Sumpsisti hoc ex prælectione. 6

Ne ferons nous pas questions sur la leçon.

Nonne super prælectione disputabimus? Id est De prælectione. 7

Il prend tout en mal.

In malam partem accipit omnia. 8

Accipit omnia ad contumeliam. vel,

Nihil nõ trahit in cõtumeliam. *Il prend tout en iniure.*

Quod dicam, in bonam partem accipe. *Ne prens point en mal ce que ie te diray. Prens en bien ce que ie te diray.* Cicero.

Je le prens en gré.

Æquo animo accipio. Sub. Illud. Ex Sallustio. 9

Boni consulo.

Æqui boni facio. vel,

Æqui bonique facio. Sub. Illud. Hoc est Æquo animo fero, Bene interpretor, Nõ indignor. *Je le prens en bien, & en bonne sorte. Je le prens en patience. Je suis content de cela. Je m'en tiens content.*

Nostram cœnulam, quæso, boni consule. *Prenez en gré, s'il vous plaist; nostre petit souper.*

Le regēt les a surprins cõme ilz s'entrebatoient. 10

Præceptor illos deprehendit compugnantes.

Illi, compugnantes à didascalo deprehensi sunt.

Præceptor illos deprehendit inter se compugnantes.

Illi, mutuò compugnantes à magistro sunt deprehensi.

Varietas. Compugnantes, Concertantes, Pugna contententes.

¶ On l'a prins quand il s'en fuyoit. Il a este prins en s'en fuyant.

II

Fugiens comprehensus est.

In itinere prehensus est. Il a esté prins en chemin.) Comprehendere & prehendere, Prendre au corps par iustice.

Magistratus ille prehensionē nō habet. Il n'ha pas prinse de corps: c'est a dire Il n'ha pas puissance de faire prendre nng homme par iustice.

Vocationem quidem habet : prehensionem non habet. Il ha droict de faire conuenir: nō pas prinse de corps.

Magistratus, vng office, ou vng officier.

Iussit cum prehendi. Il a commandé qu'on le print au corps. Il a donné prinse de corps sur iceluy.

Prehensus & in carcerem ductus est. Il a esté prins, & mené en prison. Omnia ferè ex Gellio.

¶ Prends une corde: & te va pendre.

II

Cape restim, ac te suspende.) Hoc, etiam ioco dictum, reprehendendum est. Nam Christianorum aut nulli esse debent ioci: aut certè ad aliquam honestam eruditionem referendi. Quid enim dicemus, vbi de omni verbo otioso reddenda erit ratio?

¶ Tu deburois prendre exemple sur les aultres. Tu te deburois reigler par les aultres.

13

Decet ex aliis sumere exemplum tibi.) Decet: Sub. Te.

Debent aliorum exempla te docere.

De aliis exemplum tibi capiendum est.

Alièna vita exemplo tibi esse debet.

Documenta ex alienis moribus tibi sumenda sunt.

Varietas. Ex aliis, Ex alienis moribus, Ex aliorum vita.

Varietas. Exemplo esse, Documento esse.

Ex aliis periculum facito. Prends exemple sur les aultres.

Terentius.

¶ Tu monstres exemple aux aultres.

14

Alii de te exemplum capiunt.

Tu ceteris exemplo es.

Tuo exemplo alii idem faciunt.

¶ En iouant i'ay prins ung beau fault.

15

Ingenti lapsu inter ludendum cecidi.

Varietas. Inter ludendum, Ludens, Ludendo, Cum luderem.

¶ L'auoye prins ceste place deuant toy.

16

Hanc sedem occupaueram.

Hunc locum prius te ceperam.

Elégeram prior hanc sedem.

Prius te, Deuant toy, Deuant que toy.

Prior, Le premier de nous deux.

¶ Le cousturier a prins ma mesure pour me faire une robe.

17

Sartor mihi togam mensus est.

Mensus est formam corporis mei: vt mihi togam farciat.

Membrorú meorú statum modulatus est: vt mihi vestes confarciat. *Pour me faire des habillemens.*

Hæc vestis ad módulum corporis mei non est confecta.

cest habillement n'est pas fait a ma mesure.

Hic módulus, moduli: Id est Mensura.

Status corporis, Statura membrorum: Id est Proceritas corporis, *La grandeur du corps.*

Hic status, huius status.

Homo est mediocri statura. *c'est ung homme de moyenne grandeur.*

Cras veniet sartor, qui mihi togam metiatur. *Le cousturier uendra demain pour me prendre la mesure d'une robe.)* Qui metiatur: Id est vt is metiatur.

Metior, metiris, mensus sum vel fui, metiri, *Mesurer, ou prendre la mesure de quelque chose.*

Sutor, Vng cordouannier.

Sartor, Vng cousturier.

Sarcinatrix, Vne cousturiere.

¶ Tu n'entens pas bien. Tu n'entens pas bien le cas. 18

Non rectè accipis.

¶ Vous vous abusez.

19

Non rectè sentis.

Tu falleris.

Hallucinaris.

Erras quidem mea sententia. Vous vous abusez selon
mon opinion.

In ea re hallucinatur.) Hoc est Quasi cæcûtit, & rem nõ
satis rectè perpendit. Il s'abuse en cela.

¶ A. Je vous troumay deuant hyer en faulte. B. Sauf vo
stre grace: uous me prenez pour ung aultre. 20

A. Ego te nudius tertius in errore deprehendi. B. Pace tua
dixerim: tu me pro alio capis.

In me falsus es. Ex Plauto.

Varietas. Pace tua, Cum venia tua. Author Valla.

Liuius, Bona venia tua dixerim.

Multas mendas in eo libro deprehendi. J'ay troumé plu-
sieurs faultes en ce liure la.

Nudius tertius, Auant hyer: quod corruptè dicitur An-
teheri.

Varietas. In errore, In errato, In delicto.

Pridie, Le iour de deuant quelque aultre iour que ce soit.

Nunquam enim absolutè dicitur: sed semper ad alium
diem refertur, de quo scilicet mentio præcesserit.

Natali die CHRISTI accepi tuas literas: pridie autem
aduenerat tabellarius. Le iour de Noel ie receu uoz let-
tres: & le iour de deuant le messager estoit arriué.

Pridie quàm domo profectus sum, salutauit patrem tuum.
Le iour de deuant que ie party du pais, ie dis a dieu
a uostre pere.

Pridie nuptiarum, Le iour de deuant les nopces.

Pridie liberalium: Id est In peruigilio paschæ, *La uelle de pasques.*

Hoc peruigilium, *La uelle de quelque feste.*

Pridie quàm conuictum occæpi in gymnasio. *Le iour de deuant que ie prins portion au college:* Hoc est Pridie eius dici, quàm, &c. Vtrûq; enim pro eodẽ dicitur.

Pridie Calendas Ianuarii. *Le dernier iour de Decembre, Le dernier iour de l'an, La uelle du premier iour de l'an.*

Postridie significat, quod Gallicè dicitur, *Le l'endemain:* & eudẽ habet vsum, quẽ de PRIDIE suprà diximus.

Postridie nuptiarum, *Le l'endemain des nopces.*

Postridie regaliõrũ, vel regaliũ, *Le l'endemain des Roys.*

Postridie quàm aduēni: vel, Postridie aduentus mei, *Le l'endemain que ie fus arriué.*

Postridie Calendas Augusti hæc scribebam. *I'escrimoye cecy le second iour Daoust.*

Calédæ, Calédarũ, c'est le premier iour de chascun mois.

Occipere conuictum in gymnasio, *Commencer a prendre portion au college.* Tũc enim incipit scholasticus puer cæteris conuiuere: qui etiam conuictores ideo dicuntur, quia conuiuant: Id est Simul viuant.

¶ *Le premier iour de Feburier ie commençay a prendre portion au college de Nauarre.* 21

Calendis Februarii conuictum occæpi in musæo Nauarræo.

Hic conuictus, huius conuictus.

Varietas. Calendis, à Calendis.

Occipere autem conuictum, ex imitatione dictum est.

Terentius, *Accepit conditionem, dehinc quæstũ occipit,*

Liuus, *Qui à Calédis Octóbribus magistratũ occiperet.*

¶ *Il a prins ung pain en la corbeille pour son seruiteur.* 22

Famulo suo vnum panem è canistro suffuratus est.) Hoc

canistrum, *Pannier, ou corbeille comme a mettre le pain ou a deseruir de sur table.*

Horatius, Multaque de magna superessent fercula cœna:
Quæ procul extractis incrant hesternæ canistris.

Varietas. Suffuratus est, Surrupuit, Furatus est, Furto abstulit, Clanculum abstulit, Furtim subduxit.

Varietas. Hoc canistrû, Hic aut hæc corbis, huius corbis. Hæc cõrbula, vng corbillon.

¶ *Il m'a tructé a disner chez soy honnestement.* 23
Lepidè, nitidèq; me in prædio apud se accepit. Ex Plaut.

Carère.

CAPVT VIII.

¶ *Te me passeray bien de toy.*

Auxilio tuo facile carèbo.

Opem tuâ (vt spero) nusquam desyderabo.) Nusquam:

Id est Nulla in re.

Nunquam egebo tui.

Nunquam, Deo fauente, mihi erit opera tua necessaria.

Varietas. Desyderabo, Requiram.

Eius auxilio facile careo.

Nihil illîus egeo. *Te me passe bien de luy. Te n'ay que faire de luy.*

Carère, est propriè ea re egère, quam habere maximè velis: Id est Quam requiras ac desyderes. *Avoir faulte de ce qu'on wouldroit bien auoir.*

Desydero, *I'ay regret que ie n'ay ce que i'aime, ce que ie desyre, ce que ie demande, ce que i'appete, ce que ie souhaite.*

Desydero Ciceronis eloquentiam: Id est Doleo me non habere eloquentiam Ciceronis. *I'ay regret, & me fait mal que ie n'ay la facunde & eloquencæ de cicero: c'est*

a dire Que ie ne suis aussi eloquent qu'il a esté.

Desyderatur in te prudentia.) Id est Deest.

Desyderatur ab omnibus. Il est regretté de tous. Tout le monde le regrette. Chascun y a regret.

¶ *Je ne me scauroye passer une heure de ce liure.* 2

Hoc libro, vcl vnicam hórulam carère non possim.

Hoc volùmen omnino est mihi necessarium.

Omnipœnè momento hoc indigeo códice.

Hoc libro nunquam non egeo.) Id est Semper egeo.

Potésne hoc aliquantisper carère? *Te pourrois tu passer de cecy pour quelque peu de temps?*

Hoc mihi semper necessarium est. *Je ne me puis passer de cecy.*

¶ *Tu te fusses bien passé de faire cela.* 3

Poteras istud non fecisse.

Hoc vt faceres non erat necessarium.

Ab ea re facile potuisses abstinère.

¶ *Je me fusse bien passé de ceste uenue.* 4

Hac fortuna facile poteram carère.

Hic casus haud fuit mihi necessarius.

Hac verberatiõne facile caruissẽm. *Je me fusse bien passé de ceste fessẽe.*

¶ *Il se passe bien de ses liures. Il ne luy chault gueres de ses liures.* 5

Facile caret libris suis.

Non magnòpere libros suos desyderat.

¶ *Je ne me puis passer de vous en cecy.* 6

Omnino mihi es in hac re necessarius.

In hac re tua opera carère omnino non possim.

¶ *On se fust bien icy passé de vous.* 7

Hac in re præsens non desyderabis.

Hic præsentiam tuam non requirebamus.) Hic. Id est In hac re: vel, In hoc loco.

Ad hoc negotium non eras necessarius.

Hic te carere poteramus.) Hic: Id est In hoc negotio.

¶ Tu te fusses bien passé d'estre icy. 8

Poteras hinc abesse.

¶ Tu te passeras bien d'estre present a cecy. 9

Poteris huic rei non interesse.

Poteris ab hoc negotio abesse.

¶ Cela se fera bien sans vous. 10

Illud negotium facile, te absente, conficietur.

Absque opera tua hoc facile fiet.

Huic negotio deesse, tibi per nos licebit. On se passera bien que vous vous mesliez de cest affaire.

Illi rei nunquam deesse solet.) Hoc est Semper solet interesse. il ne fault iamais a cela.

¶ Je ne veulx aulcunement faillir a cecy. 11

Huic rei minimè deesse velim.

Nolo me absente hoc fieri. Je ne veulx pas que cecy se face sans moy.

¶ Il n'ha plus ny pere ny mere. il est orphelin de pere & de mere. 12

Et patre & matre orbatus est.

Amisit vtrūque parentem. Orbus est vtroq; parte.

Cedendi, conce-

DENDI, OBSEQVENDI.

CAPVT IX.

¶ Je suis content. Je vous accorde tout. 1

Omnia tibi cōcēdo. Je vous accorde tout ce que vo^s dictes.

Grammaticæ scientiam tibi concēdo. Je confesse que tu es meilleur grammarien que moy.

Cicero Philosophiæ scientiam concedens multis.

¶ Je te le donne gagné. 2

Cedo tibi. Concedo tibi. Cedo victoria.

Me victum fateor. Je le quicte. Je te le donne gaigné.

¶ Je quicte la place.

Cedo loco. Cedo locum.

¶ Je te quicte ma place.

Cedo tibi mea sede. Cedo tibi meam sedem.

Cedo tibi locum meum.

¶ Il m'a quicte son droict.

Cessit mihi iure suo. Cessit mihi ius suum.

¶ Quicter le debat: ou Quicter quelque aultre chose.

Cedere.

Ita certabat, vt nunquam cessurus videretur. Il tenoit si bon, qu'il sembloit qu'il ne deust iamais quicter: ou se tenir pour uaincu.

Vbi necesse est vinci, expedit causa cedere. Quand on ne peut reculer, ou fuir a perdre son proces, le meilleur est de le quicter.

Expedit, c'est le meilleur, Il uault mieulx, c'est le plus expedient.

Cedendum est causa. Il fault quicter le proces.

¶ Je m'accorde a vous. Je suis de vostre opinion.

Tibi assentior. Eo in tuam sententiam.

Eo pedibus in tuam sententiam. Vtrunque ex Cicerone.

Concino tibi.

Tuæ sententiæ libens addo meum suffragium.

Tibi accêdo.

Accedo tuæ sententiæ, vel tuæ opinioni.

Tua sententia mihi probatur.

Idem quod tu, sentio. Sentio tecum.

Idem tecum sentio. Hoc mihi conuenit tecum.

Varietas. Probatur, Placet.

Varietas. Conuenit, Constat.

¶ Oste toy de deuant moy.

Diuertere à conspectu meo. Secède.

Cede conspectui meo.

Rémoue te à meo prospectu. Oste toy hors de ma ueue.

¶ Fay moy unq peu de place.

9

Cede mihi tuæ sedis particulam.

Concede mihi tuæ sedis aliquantum.

¶ Oste toy unq peu: c'est a dire Laisse moy la place pour unq peu de temps.

10

Cede mihi parumper.

¶ Oste toy de ma place.

11

Cede loco meo. Cede mea sede.

Cede mihi meam sellam. Laisse moy ma selle.

Non vult cedere loco meo. Il ne se ueult pas oster de ma place.

¶ Recule toy unq petit.

12

Recede parum. Rémoue te aliquantum.

Varietas. Rémoue, Amoue.

Retrò cede. Tire toy arriere: c'est a dire Recule toy en derriere.

Diuerte paululum. Destourne toy unq petit.

Secède pauxillum. Tire toy unq peu a l'escart.

Concede ad dextram.) Sub. Meam: vel,

Cōcede mihi ad dextram. Tire toy deuers moy a dextre.

Ex Terentio.

¶ Te te quiete ma place.

13

Mea sede tibi cedo. Cedo tibi loco meo.

Concêdo tibi sedem meam.

¶ A. Fay moy place. B. Je suis trop empesé.

14

A. Accipe me. B. Nimis angustè sedeo.

Arctius sedeo, quàm vt possim.) Sub. Te accipere.

Accipe me quæso. Fay moy place, ie t'en prie.

Acciperem te, nisi angustè sedèrem. Je te feroye place, si ie n'estoye trop presé, ou trop enserré.

¶ Te le gouerne paisiblement. Il fait tout ce que ie ueulx.

15

Vtor illo ex voluntate. Totus est in mea potestate.

- ¶ *Il m'est fort obeissant. Je fais tout ce que ie ueulx.* 16
 Dat mihi operam arbitrato meo.
 ¶ *Tout le monde luy obeist.* 17
 Cedunt illi prorsus omnes.
 Ab omnibus illi ceditur.) Id est Omnes illi cedunt. Hic
 C E D I T V R impersonale est.
 Lucanus, -tibi numine ab omni
 Cedetur. Id est Omnes dii tibi cedent, & parebunt.
 ¶ *Je ne puis pas complaire a tout le monde.* 18
 Non omnium studiis obsequi possum.) Studiis: Id est
 Voluntatibus.
 Terentius, Eorum obsequi studiis.
 Omnibus placere non quco. *Je ne puis pas plaire a ung
 chascun. Je ne puis pas faire au gré de tous.*
 Obsequi, Complaire: C'est a dire Faire au gré du monde.
 Difficile est omnibus obsequi. *Il est difficile de complai-
 re a tous.*
 Hoc Deo complacitum est. *Cecy a plu a Dieu.* Plautus.
 ¶ *On ne peult pas contenter tout le monde.* 19
 Omnibus placere non licet vnicique.) Id est Vnusquis-
 que non potest.
 Satisficri omnibus non potest.
 ¶ *Tout le monde n'est pas content de luy. Il ne fait pas
 au gré de tous.* 20
 Non placet omnibus. Non cuique satisfacit.
 Non cuius ad stomachum facit.
 Contentus Latine dictum alibi inuenies.
 ¶ *Je ne puis pas complaire a tous. Je ne puis pas obtem-
 perer a la fantaisie d'ung chascun.* 21
 Non possum omnium obsequi sententia.
 Nequeo votis omnium satisfacere.
 ¶ *Il n'y a homme qui le puisse contenter, Qui puisse fai-
 re a son gré.* 22
 Nemo illi facere satis potest.) Id est Satisfacere.

¶ *Il aime mieulx estre au gré d'ung homme de bien, que de plusieurs mauuais.* 23

Vni bono placere malim, quàm multis malis.) Bono: Sub.Homini.

Quàm multis malis: Sub.Hominibus.

¶ *Il n'est pas bien content de uous. Il est mal content de uous.* 24

Non profusilli satisfecisti.

A te non est illi omnino factum satis. Iratus est tibi.

Nò placet præceptori mores tui. Le regēt n'est pas cõtēt de tes conditions: c'est à dire Elles ne luy plaisent pas.

Quicquid facis, præceptori admodum placet. Le regent est fort content de ce que tu fais.

Varietas. Placet, Gratum est, Probatur.

Varietas. Quicquid, Quodcunque.) Id est Omne quod.

¶ *Il est ung peu mal content de uous.* 25

Tibi subirascitur.

Tibi ob eā rē subirascitur. Il te scait mauuais gré de cela. Il est ung peu mal content de toy, à cause de cela.

¶ *Il est tres mal content de uous.* 26

Tibi iratus est, idque vāhementer.

Varietas. Vāhementer, Grauiissimé.

¶ *J'ay entendu que tu es marry contre moy. J'ay entendu que tu es courroucé à moy.* 27

Intellexite mihi iratum esse.

Varietas. Te mihi iratum esse, Te mihi succensere.

Cognoscendi, in

TELLIGENDI, IGNORANDI.

C A P V T X.

¶ *Je cognois bien tes finesse.* 1

Non me latent doli tui.) Id est Tuz fraudes.

Probè noni tuas artes.) Id est tuos dolos.

Satis scio technas tuas.) Hoc est Tuas artes. Tuos dolos.

Non me fallunt tuæ machinæ.) Id est Ea quæ mihi machinaris. *Ce que tu machines contre moy.*

Nihil me fallis.) Id est Non te ignoro, Probè te noui. *Je te cognois bien. Je scay bien que tu scais faire.*

Illus technas solus deprehendi. *Moy tout seul ay apperceu les finesses d'iceluy.*

¶ Il fault cognoistre la chose, premier que d'en iuger.

Res est cognoscenda prius, quàm iudicanda.) Id est Ante quàm de illa iudicetur.

Cognosce prius, quàm iudices.) Cognosce : Sub. Rem: Hoc est Fac vt rem prius cognoscas, quàm de illa iudices. *Met & peine d'entendre la matiere, deuant que tu en iuges.*

¶ Tu n'entens pas bien la matiere.

Rem nõ pernoscis.) Id est Nõ perfectè noscis. Ex Terēt.

Non tenes rem ipsam. Haud satis rem capis.

¶ Tu ne cesseras iamais de mal parler, & detracter des aultres: iusques a ce que tu ayes trouué, qui te face ta reste.

Nunquam desines aliis maledicere: donec inueneris, qui vt malefacta noscas tua, faciat.

¶ A quelles enseignes cognois tu que c'est ton liure?

Quibus signis agnoscis, hunc esse librum tuum?

Hoc signo cultrum hunc agnosco meum.) Sub. Esse. *Je recognois a cecy, que c'est mon couteau.*

Quibus signis agnoscis eum? A quelles enseignes le cognois tu?

Plautus, Quibus signis agnoscebas? R. nullis.

¶ Il est si changé, qu'on n'y cognoist plus rien.

Adeò immutatus est, vt vix agnosci queat.

¶ Il y auoit si long temps qu'il n'auoit ueu son pere,

qu'a grande peine le peult il recognoistre. 7

Tato tempore patrē non viderat, vt cum vix agnouerit.

Die me cognois bien moy mesme. 8

Egomet me probē noui.

Die cognois bien ma folie. 9

Noui peccatum meum.

Die scay bien quel courage, & quelle prudence uous
auez. 10

Noui animum, noui consilium tuum.

Die confesse ma faulte. 11

Agnosco meam culpam. Meam culpam fateor.

Fateor me omnium esse minimi precii. Je confesse estre
le plus inutile du monde. Plautus.

Video me iam nihil esse. Id est Nullius precii. Je uoy
bien que ce n'est plus rien de moy, que ie ne uaulx plus
rien. Vulgus diceret, Bene uideo quod nihil est amplius
de me, uel, Quod nihil amplius ualeo.

CA. Est ce si grande chose d'estre malade? B. Ien ie le
dois bien scauoir. 12

A. Tantinc est agrotare? B. Satis profectō id meo pericu-
lo expertus sum. Vrayement ie le dois bien scauoir. Je
l'ay assez essayé a mes despens,

Etout le monde le scait. 13

Norunt omnes. Nemo ignorat.

Nemo hoc nescit. Hoc neminem latet.

Quis hoc nescit? Quis id ignorat?

Constat omnibus, te id fecisse. Id est Certum est, liquet,
manifestum est.

Die scauray de luy que c'est. 14

Quid hoc sit, ex illo sciam. Discam de illo quid sit.

Die ne scauoye pas encore cecy. Cela n'estoit point
encore uenu a ma cognoissance. 15

Nondum istud rescieram. Adhuc istud ignorabam.

Nondum etiam hoc scieba. Hactenus istud ignorau.

Istud ad aures meas nondum peruenerat.) Istud: Quod scilicet dicis.

Rescisco, resciscis, rescicui, resciscere, rescitum, rescitu.
Rescieram, pro rescicueram: per syncopen.

¶ *Je ne scay comment tu as dict.*

16

Nescio quid dixeris.

Nescio quid dicas. *Je ne scay que tu dis.*

Scio quid dicas: Id est Intellego. *Je scay bien que tu dis :
C'est a dire Je t'entens bien.*

Scio quid dixeris. *Je scay bien ce que tu as dict,*

Scio quid velis.) Id est Te intelligo. *Je scay bien que tu
ueuls dire.*

Nescio quid velis.) Id est Non te intelligo. *Je ne scay que
tu ueuls dire. Je n'entens pas ta fantaisie.*

Scio quid conêris.) Sub. Facere. *Je scay bien que tu ueuls
faire.*

Nescio quid conêris. *Je ne scay que tu ueuls faire.*

Scio quis sit.) Sub. Ille. *Je scay bien qui c'est.*

Nescio quis sit. *Je ne scay qui c'est.*

Qui sis, nescio. *Je ne scay qui tu es.)* Qui, pro Quis.

Non te noui. *Je ne te cognois.*

¶ *Je ne scay comment il en yra.*

17

Nescio quis futurus sit huius rei exitus.

Varietas. Exitus, Finis, Euentus.

¶ *Je ne scay encore comme la chose se portera. Je ne
scay pas encore comment il en yra.*

18

Quem euentum res sit habitura, nondum scio.

Varietas. Nondum scio, Nondum satis scio, Adhuc nescio, Adhuc ignoro.

Timeo litis euentum. *Je crains la fin du proces.*

¶ *Je suis esbahy que uous ignorez cecy, uen que uous
scauez si bien d'autres choses.*

19

Hoc te miror ignorare, qui alia tam planè scias.) Qui: Id est Vt pote qui.

¶ *Te ne cognois rien en luy. Je ne scay quel homme c'est.*
Je ne m'y cognois. 20

Albus, atérne sit, ignoro. Prouerbiū ex Cicerone.

¶ *Pense tu que ie ne sache pas bien ton secret?* 21

An putas me ignorare tuum consiliū?

Credisne me nescire arcānum tuum?

Horatius, Arcānum neque tu scrutaberis vllius vnquā.

Putāsne illum id hodie primū facere? *Pense tu que ce soit d'aujourd'hui qu'il commence a ce faire? Cuide tu que ce soit la premiere fois?* Ex Plauto.

¶ *Je ne scay rien de tout cecy.* 22

Horum omnium sum ignārus.

Harum rerum nihil équidem scio.

¶ *Je n'entens pas bien ce que tu dis.* 23

Non fatis intelligo, quid loquaris.

Id quod dicis, non planè capio.

¶ *Je ne l'entendoye pas ainsi. Je n'entendoye pas qu'il en deust ainsi aller.* ENTENDOYE, Hic abusiue ponitur, pro cuidoye. 24

Non sic arbitrabar. Non ita putabam.

Non sic existimabam.) Sic. Sub. Fore, vel Futurum esse.

Non sic interpretabar. Je ne le prenoye pas ainsi.

¶ *Il m'entent bien luy mesme. Il scait bien luy mesme que ie ueulx dire.* 25

Quid dicam, ipse optimè intelligit.) Quid dicam: Id est

Quid significare velim.

Quid innuam, ipse optimè nouit.

¶ *Je ne scauoye pas que tu uoulois dire.* 26

Nesciebam quid velles dicere.) Id est Intelligere.

Nesciebam quid velles.) Sub. Dicere.

¶ *On entend trop ce que ie ueulx dire.* 27

Nimium est, quod intelligitur.) quasi tu dicas, Non opus est tam apertè hanc rem declarare.

¶ *Il ne scauoit qu'il deuoit respondre.* 28

Obmutuit.

Ne verbum quidē respondēre potuit.) Obmutesco, obmutescis, obmutui, obmutescere.

Incertum erat ei quid respondēret.) Id est Quid respondere deberet. Modus potentialis.

Confabulandi.

CAPVT XI.

Le regent ne nous a aujourd'hui rien leu. 1

Præceptor nihil hodie nobis prælegit.

Didascalus hodie nihil nobis est interpretatus.

Nous ferons aujourd'hui leçon de Cicero. 2

Hodie prælegetur nobis de Cicerone.) Sub. A præceptore.

Hodie de Cicerone audiemus.

De Cicerone futura est nobis hodie prælectio.

Le regent nous lira l'année qui uient Virgile. 3

Præceptor anno proximo Virgilium nobis enarrabit.

Varietas. Enarrabit, Præleget, Interpretabitur.

Le regent ne nous dict point a la leçon ny les fables, ny les histoires. 4

In prælectiōne præceptor neque fabulas, neque historias expōnit.) Id est Non solet exponere.

Varietas. Exponere, Enarrâre.

Quand il faut leçon, il s'arreste trop a petites choses. 5

Præceptor noster est nimis curiosus.

In prælegendo, nimium circa res tenues immoratur.

Varietas. In prælegendo, Inter prælegendum, In prælectione, Interpretando, In interpretatione, In enarrandis authoribus, In authorum enarratione.

Ceste lettre est toute effacee. 6

Hæc scriptura poenè omnino delita est.

Delino, delinis, delcui, delitum. Delinor, delineris, delitus sum, delini.

Deline istam literam, quæ superuacua est. *Efface ceste lettre, qui ne sert de rien.*

Varietas. Superuacua est, Superuacanea est, Vacat, Abundat, Redundat, Superfluit.

Epistola tua lituris scatet. *Ton epistre est toute pleine de rasures.*

Hæc litura, lituræ.

¶ *Le principal lira aujourdhuy les rouletz.* 7

Hodie exigentur delatoriæ tabellæ.

Exigentur hodie ratio tabularum delatoriarum.

Varietas. Exigentur, Recensentur, Inspicientur.

¶ *En nostre reigle nous auons chascun son lieu determiné.* 8

In auditorio nostro suus cuique locus est constitutus.

In auditorio nostro certus vniciq; locus assignatus est.

Sua cuique sedes in auditorio nostro est attributa.

¶ *Ballez luy une selle qui s'asseoye.* 9

Date illi sellam, vt nobis affideat.) Solet hoc dici per ironiam: potest tamen & seriò dici.

¶ *On ne se peult guetter de ses caphars, qui se monstrent amis par deuant : mais en derriere ilz ne cherchent sinon a dire mal des aultres.* 10

Caueri non potest ab istis simulatoribus: nêpe qui amici vultum præferant: clam verò nihil aliud quàm detrahant.) Caueri non potest, *On ne se peult guetter.* Verba sunt impersonalia.

¶ *I'ay este batu pour aulcuns caphars : mais le temps uiendra que ie leur rendray bien.* 11

Vapulani per quosdam adultores: verum áderit, cum referam illis gratiam.) Aderit: Sub. Tempus.

Aderit, cû te poenitebit. *Tu uerras une fois que tu t'en reffis.*

pentiras. Le temps uie dra que tu t'en pourras repétir.
 ¶ *Il uouldroit bien estre malade, pour auoir quelque chose de bon.*

Vellet ægrotare, vt ipsi daretur aliquid delicatum. Pour auoir quelque friandise.

¶ *En disnant il a este enleué par les sergeans.*

A ministris publicis è conuiuio sublatus est.

Minister publicus, vng sergeant.

Apparitor.

Stator, Idém.

¶ *La guerre de dela les mons nous a osté toute la fleur de noblesse.*

Italicum bellum nobis omnē florē nobilitatis abstulit.

Italico bello omnes proceres nobilitatis amisimus.

Flos nobilitatis, La fleur de noblesse, La fleur des nobles.

Flos iuuetūtis, La fleur des ieunes gens, forts & robustes.

¶ *Tu es bien gras de n'auoir que cela.) Dicit hoc sollet, vbi quis pro magno peccato, paululum vapularit.*

Fœlix, qui cum tantillo supplicio euaseris.

Præclarè tecum actum est, quòd grauiores pœnas efugeris.

¶ *Je me suis rompu les espaules a porter du bois.*

Ferendo lignum rupi mihi humeros.

¶ *O l'homme furieux!*

O hominem ferocem!

¶ *O que tu es furieux!*

O hominem sauum, formidandum, terribilem!

Furiosus, c'est ung homme forcené, ung homme fol, enragé, hors du sens.

¶ *O regardez qu'il est hardy : il ha peur de son ombre.*

Vide hominis audaciam : quippe qui vel vmbra timeat suã.) Hominis: Id est Huius, vel istius, vel illius. Nã hoc nomen H O M O elegãter poni solet pro relatiuo, vel

demōstratiuo pronomine. Sed hīc vt in cæteris figuratē dictis, opus est non puerili iudicio. Itaq; pueri discant rectē loquētes imitari: non autem noua fingere. Varietas. Qui vmbra suā timeat, Qui vmbra sua terreatur, Cui sua sit vmbra formidini.

Mufcas timet præteruolātes. *Il ha peur des mousches qui uolent par aupres de luy.*

¶ *Tu gastes tes souliers a ma robe.* 20

Calceos tuos mea toga maculas.) Locus est per hypallagen figuratus. Nam propriè dicendum est, Calceorum tuorum luto meam togam maculas. *Tu souilles ma robe de tes souliers.*

Hypallage, Id est Permutatio: *Quand on tourne les mots tout au contraire. vt*

Perfluit fistula buccas. pro eo quod est, Buccæ perflauerunt fistulam.

Hoc lurum, luti, *De la fange, de la boue.* Plurali caret.

Maculāre, alibi variatum est.

¶ *Voy, tu es bien priuè auecques moy.* 21

Hui, nā tu es mihi admodum familiaris. *ou, Hay urayement uous estes bien priuè auecques moy.*) Nā, confirmandi aduerbium, siue affirmandi.

¶ *Tu as este plus cault que moy. Tu as este plus fin que moy.* 22

Plus, quā ego vidisti.) Id est Prouidisti. Quæ significatio apud bonos authores est vsitatissima.

Tu fuisti me cauior. Solertius, quā ego, prouidisti.

Tu fuisti, quā ego, prudentior.

¶ *Te triompheray aujourdhuy.* 23

Hodie triumphabo.

Hodierno die triumphum agam. Ex Liuiio.

Hodie me magnificè ostentabo.

¶ *Il me guettoit icy.* 24

Ille me hīc obseruabat.

Obferuabat hîc, quid agerem.

¶ Il regarde tousiours sur moy. Il ha tousiours l'oeil sur moy. 25

Me femper obferuat.

A me nunquam deiicit oculos. Cicero.

Varietas. Deiicit, Dîmouet.

¶ Il regarde tousiours en mon coffre. 26

Semper infpicit arcam meam.

Arcam meam rimari folet. Il ha tousiours le nez a fouiller en mon coffre.

¶ Il prophetiſe. Il deuine. 27

Hic diuînat. Hic vaticinatur.

Hic auguratur. Ille hariolatur.

Hariolus fum. Je ſuis deuin. J'ay deuiné.

Hariolare.) Id eſt Diuina, Deuinè. Imperatiui modi. Terentius.

Hariola, hariolæ, Vne deuinarreſſe. Plautus.

Hic ſomniat. Ceſt homme icy reſue, il ſonge creux.

Præſâgit futura. Il deuine les feſtes. Sic dicitur in gallico prouerbio.

¶ Noſtre poule couue. 28

Noſtra gallîna incubat.) Sub. Ouis.

¶ Noſtre poule a eſcloué. 29

Noſtra gallîna excluſit.) Sub. Oua.

¶ Je ne me puis ſouſtenir icy. 30

In hoc ſolo pedibus conſiſtere non poſſum.

Non poſſum hîc pedem figere.

Hîc nequeo firmare pedem.

Hoc ſolum, ſoli, Le lieu, ou la place qui ſouſtient quelque choſe.

Hic locus eſt lûbricus. Ce lieu icy eſt grillant. Ceſte place eſt grillante. Il fait icy grillant.

Locus lûbricus, Vng lieu ou il fait grillant: comme la ou il y a du ſang reſpandu: ou comme ſur la glace.

¶ Tu te moques. Tu te railles.

31

Iocaris. Ioco istæc dicis.

Ista per iocum loqueris. Garris.

Haud seriò loqueris. Tu ne dis pas a bon escient.

Ioco ista dicis, an seriò? Te gaudis tu, ou si tu dis a bon escient?

Iâ desinam⁹ iocari. Ne raillos plus. Parlons a bon escient.

Horatius, Amoto quæramus seria ludo.) Pro eo quod est Ioco.

Idem, Vertamus seria ludo.) Id est In iocum. Laissons la gravité, & parlons de ioyeuseté.

Seria dicuntur, quæ seriò fiunt: Id est Quæ ludis & iocis contraria sunt.

Num tu me ludis? M'abuses tu point de paroles?

Ludis me fortasse. Tu te gaudis par aduventure de moy. Peut estre que tu m'abuses.

¶ Trouvez vous cela beau, de vous moquer ainsi des gens?

32

Itanc lepidum tibi videtur, alios irridere? Terentius.

Varietas. Ridère, Irridère, Deridère, Aliis illudere.

Is est qui satis irrideri nequeat. C'est ung homme de qui on ne se pourroit assez moquer.) Is est qui: pro Talis est vt.

Omnibus sese ridendum præbet.) Id est Ab omnibus irridendum. Il se fait moquer de tout le monde.

Omnibus se ridiculum facit. Pro eodem.

¶ Pourquoi te viens tu moquer de moy?

33

Cur me irrisum venis? Cur me irrides?

¶ J'ay tant ris, que ie n'en puis plus.

34

Ridendo sum defessus. Je suis las de force de rire.

Risu emorior. Ex Terentio.

¶ Te deuiens uieil de iour en iour, de trop estudier. 35

Ex nimio studio in dies fenescō.) Id est Senex fio, Je uieillis.

A. In studio scenscimus: In ludo autem iuuenescimus. B. Quid in lecto? A. Itidē. B. Nihilne amplius? A. Quid vis aliud dicam? B. Etiam glires somno pinguescunt. A. Au diui sapius. B. Cur non homines quoque? Sub. Somno pinguescant.

¶ Je ne scay comment tu t'es peu aduiser d'ung si sot propos. 36

Miror, quomodo tam ineptum quicquam potuerit tibi in mentem venire.) Ineptum dicitur, quod ab omnibus reprehenditur. *¶ Une chose si sottre, que tout le monde la blasme, que tout le monde s'en moque.* T. Crensius.

¶ Je dois reparer en sale. 37

Sum pronunciaturus in triclinio.

Varietas. Sum pronunciaturus, Est mihi pronunciandū. Cur hīc recitare non est proprium? Non enim recitas, quia non dicis ex scripto: sed pronuncias, quia memoriter dicis.

Pronunciare, Dire par cuer.

Recitare, Lire tout bault quelque chose: a fin que les autres l'oyent & entendent.

¶ Je dois reparer a disner, a soupper. 38

A prandio pronunciaturus sum.) Id est Post prandium. Habeo post cœnam pronunciare.

A cœna mihi pronunciandum est.) Id est Post cœnam.

¶ Je ne trouue rien de mal en ce college, sinon qu'on y fait reparaisons apres soupper. 39

In hoc gymnasio nihil reperio mali: nisi quod fiunt à cœna studiorum exactiones.

¶ C'est tout.) Hoc dici solet, vt aliquid ad finem vsque pronunciaturum, vel recitarum fuerit. 40

Hic est finis.

Nihil restat.

Nihil est præterea.

Nihil est reliquum, vel reliqui.

Nihil superest.) pro restat.

Iuuenalis, Et cito rapturus de nobilitate comesa

Quod superest.

Propriè tamen superesse dicitur, quod superuacaneum est, ac non necessarium: vel, quod nimis affluit & exuperat: vt,

Nihil mihi superest. *Je n'ay rien d'auantage. Je n'ay que ce qu'il me fault.*

Superest tibi pecunia. *Tu as de l'argent a demourant. Tu en as a rechâgè. Tu en as trop plus qu'il ne t'en fault.*

Vide Gellium lib. 1. cap. 22.

¶ *Ce n'est pas encore tout.*

41

Nondum est finis.

¶ *Il escript au pais.*

42

Scribit ad suos.

Scribit ad suos literas.

¶ *Je faisoye des lettres a mon pere: c'est a dire Pour luy enuoyer.*

43

Ad patrem scribebam.

Scribebam literas ad patrem.

¶ *Je te prie, lis moy tes lettres de ta mere.*

44

Récita, quæso, mihi matris ad te literas.

¶ *Voicy des lettres du pais pour toy.*

45

Adsunt tibi à tuis literæ.

En tibi à patre literæ. *Voicy des lettres de uostre pere pour uous.*

En tibi literæ. *Voicy des lettres pour uous.*

Adsunt tibi à vobis literæ.) Id est A domo vestra. *De ches uous.*

¶ *Le messager de nostre pais ha des lettres pour toy.* 46

Patrius nuncius habet tibi literas.

Habes literas à nostrate tabellario.

Sunt tibi literæ apud nostratem nuncium.

¶ *Voila le messager de uostre pais.*

47

Adest vester nuncius.) Vester pro vestrâs.

Eccum vestrâtem tabellarium.

¶ *Voila Iehan.*

Eccum Ioannem.) Sub. Video.

Eccum Ioannem video.) Id est Ecce hîc video Ioannē.

¶ *Voila le maistre qui uient.*

Eccum præceptorem venire video.

Vbi est præceptor? Eccum adest.

Eccum ipsum.

¶ *Voila Pierre qui se marche en pas d'abbé.*

Eccum Petrum incedere video.) Sic ferè loquuntur Plautus ac Terentius. Apud quos in hoc sermonis genere vix inuenies *E C C E*. Virgilius tamen sic ait,

Audiat hæc tatum vel qui venit, ecce Palæmon. Vbi nō nulli *E C C E* per parénthesin legūt in hunc modum,

Audiat hæc tantum vel qui venit (ecce) Palæmon.

Ecce) quasi dicat, *Le uoicy tout a point.*

¶ *Syncope & vostre compte.*

Incide media narrationistux. Cicero.

Incidamus oportet media: ne nimis sero ad extrema veniamus. *Il nous fault laisser du milieu: de peur de venir trop tard a la fin.*

¶ *Compte moy que t'a dict le regent.*

Narra mihi, quidnam tibi præceptor dixerit.

Expone mihi quid audieris à didascalo.

¶ *Il m'a tout dict comment il en ua. Il m'a tout compté depuis ung bout iusques a l'aultre.*

Rem omnem mihi narrauit ordine. Terentius.

Varietas. Narrauit, Exposuit.

¶ *Je ne m'arrestera y point en cecy, sur ce propos, sur ce passage.*

Non morabor in hac parte.

Circa hunc locum non morabor.

Huic rei non immorabor.

Hîc non hærebo diutius.

¶ *Cela a este faict en grande compaignie.*

In maxima populi frequentia id factum est.

¶ Il y auoit a l'entour plusieurs gens de toutes sortes. 56

Erat omnis generis hominum circumfusa multitudo.

¶ Il est hors du pais, pour ung meurtre qu'il a fait. 57

Proflugus est ob parricidium.

Ob eadem, quam fecit, exulat.

¶ On l'a surprins en quelque mal. 58

Deprehensus est in quodam maleficio.

¶ Il a emporté tout ce qui estoit a luy. 59

Sua omnia exportauit.

Res suas omnes abstulit foras.

Extulit omnes sarcinas suas. Il a emporté toutes ses besognes, toutes ses hardes.

Sua omnia discedens asportauit. En s'en allant il a emporté tout ce qui estoit a luy.

Importare in urbem: Apporter dedans la uille.

Exportare ex urbe: Porter hors la uille. Vnde porta dicta est: quia per eam res aut in urbem importantur: aut vrbe exportantur.

¶ Sejourner en quelque lieu. 60

Commorari.

Cum in hanc urbem veniremus, transiimus Lugduno: atque illic biduum commorati sumus. En uenant en ceste uille, nous auons passé par Lyon: & la nous auons sejourné deux iours.

Habitare sic differt à Commorari. Habitare, c'est quand on est du tout arresté en quelque lieu.

Commorari, Quand on sejourne en aulcun lieu: c'est a dire qu'on y demeure pour quelque peu de temps.

Cicero, Ex vita ista discedo tanquam ex hospitio: non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit.

¶ Ou as tu tant sejourné? 61

Vbi tam diu commoratus es?

¶ *Ou se tient il ordinairement?*

62

Vbi habitat? Vbi se continet?

¶ *Ou as tu tant demouré? Ou as tu tant musé?*

63

Vbi tam diu cessasti?

¶ *Il est demouré aux champs.*

64

Remansit ruri.

Mansit in vrbe. *Il est demouré en la uille.*

Remansit domi. *Il est demouré en la maison.*

Mansit ibi. *Il est demouré la.*) Ibi: Id est In eoloco: de quo scilicet facta est mentio.

Mane, Demoure, Ne bouge.

Mane istic.) Id est Vbi tu es. Demoure la. Ne te bouge de la. Tiens toy la ou tu es.

In statione manendum est. *Il se fault tenir sur sa garde.*

¶ *Il uault meulx que ie demoure avecques vous.*)
c'est a dire *Que ie m'y arreste.*

65

Præstat me manere tecum.

Melius est, si tecum remaneam.) Caue dicas Melius est quòd.

Plautus, Melius esset, me quoque vnà si cum illo relinqueres.) Ordo est, Melius esset, si tu me quoque relinqueres vnà cum illo.

¶ *Il est mort si soudain, qui n'en a rien sentu.*

66

Ita celeriter mortuus est, vt non senserit.

Moriendi sensum celeritas abstulit. Cicero.

¶ *Je l'ay ueu sur ung beau cheual.*

67

Illum vidi in equo præstantissimo.

Vidi illum equo insigni insidentem.) Pulcher equus, Latinè dicitur: verum illud loquendi genus est rusticum.

¶ *Je me suis mis a l'adventure de faire cecy.*

68

Ansus sum id facere.

Illud facere non dubitavi. *Je me suis aduenturé de faire cela. Je me suis mis a l'adventure de ce faire.*

*Comment as tu este si hardi de faire cela Comment
as tu este si fol, si oultreuidé?* 69

Qua confidentia id fecisti?

Qua temeritate istud ausus es?

Qua audacia tantum ausus es facinus?

Qua fiducia id ausus est facere? *Qui l'a fait si hardi de
faire cela Comment a il este si hardi?*

Fiducia hîc ponitur pro confidentia. Nam fiducia, propriè est in bonis: Confidentia in malis. Sic tamen abusus est Terentius: sic item Virgilius.

O quelle folie! quelle temerité! quelle oultreuidance! 70

O ingentem confidentiam!

O facinus audax! O facinus impudens!

J'ay assuré mon cas. 71

Meam rem constabiliui. Plautus.

Res meas stabiliui.

Rationes meas confirmaui. vel constitui.

Rationes meas in tuto collocaui. Cicero.

In tuto rem meam collocaui. Terentius.

Il a chifré la messe: c'est a dire il n'a pas este a la messe. 72

Non interfuit sacro.

Non adfuit rei diuinæ.

Non adfuit ad rem diuinam. pro eo quod est, Non adfuit rei diuinæ. Catonis est.

Il a chifré la leçon en sa chambre. 73

Prælectionis tempore latuit in cubiculo.

Il a chifré les reparaisous aux latrines. 74

Exactionum tempore latitauit in latrinis.

Il a chifré ung demi pain: c'est a dire il a desrobé. 75

Panem dimidiatum furripuit.

Dimidium panis furatus est.

Il a chifré toute son epistre sur cicero. 76

Epistolam totam ex Cicerone mutuatus est. vel,
Sumpsit ex Cicerone.

Huius orationis bonam partem transcripsit ex Cicero-
ne. *Il a prins de cicero, & mus en sa composition, la plus
grande part de ceste oraison.*

Dimidium huius epistolæ è Cicerone ad verbum trans-
tulit. *Il a prins de cicero de mot a mot la moitié de
cette epistre.*

Ad verbum interpretat⁹ est. *Il a traduit de mot a mot.*

¶ *Il a fait forger sa matiere.*

77

Aliéno ingenio formavit epistolam.

Vfus est aliéno artifice.

Aliéna opera elaboravit orationem.

Conquerendi de

I N I V R I A.

C A P V T X I I.

¶ *Tu as pijsé sur moy.*

Me comminxisti.

Me perminxisti.

Lotio tuo me conspersisti.

Hoc lotinum, lotii: Id est Vrîna.

¶ *Il a marché sur moy.*

Me protrîuit.

Me protrîuit pèdibus.

Me proculcauit.

Me pressit pèdibus.

Me calcavit.

Me conculcauit.

Protero, proteris, protriui, protrîtum. Vnde proteruus,
is propriè dicitur, qui, dum alius obuius est, proterit:
vt faciunt tauri. *Celuy qui saboule ung aultre des
pieds quand il le rencontre.*

¶ *Pourquoy'es tu assis en mon lieu?*

Cur tu sedes in loco meo?

Varietas. In loco meo, In sede mea. *En ma place.*

- ¶ Il m'a frustré de mon lieu, ou de ma place. 4
 Meo loco me frustratus est.
 Mea sede me priuauit.
 A sede translatus est. *Il a este transporté de sa place. On luy a changé de place. Ex Virgilio.*
 Subinde mutat sedem. *A tous propos il change de place. Il n'arreste point en ung lieu.*
 ¶ Il m'a ietté hors de ma place. 5
 Exturbauit me sede mea.
 Extrûsit me loco meo.
 Varietas. Exturbauit, Extrûsit, Depulit, Expulit, Deiecit.)
 Hinc verbum iuris, Deicere de possessione. *Ietter ung homme hors de sa possession & saisine.*
 Hæc sedes, sedis, *La place d'ung chascun.*
 Non es in sede tua. *Tu n'es pas en ta place.*
 Non hæc est tua sedes. *Ce n'est pas icy ta place.*
 Hoc sedile, sedilis, *Vng siege.*
 Hoc non est tuum sedile. *Ce n'est pas icy ton siege.*
 ¶ Il m'a diuertý, destourné, desbauché d'estudier. 6
 Abduxit me ab studio.
 Ab otio literario me prorsus auocauit.
 A studio me remouit.
 Eum deterruit á studio literario. *Il l'a descouragé d'estudier.*
 ¶ Il seft tousiours estudié a me tromper. 7
 Verba dare mihi semper studuit.
 Nunquam nó laborauit, vt me deciperet. *vel, vt fucum mihi faceret.*
 ¶ Il m'a affronté. 8
 Dolo me aggressus est.) Aggrédior, aggréderis, aggressus sum, aggredi.
 Me fraude petiuit.
 ¶ Pierre m'a batu que ie ne luy auoye rien fait. 9
 Me pulsauit Petrus, cum ego ei nihil fecissem.) Cum: Id

- est *Quauis.*
 ¶ *Il a commencé. Il m'a assailli le premier.* 10
 Me laceffuit. Me prior aggressus est.
 Me prior inuasit. Me prior adortus est.
 Litem inæcepit. Author litis fuit.
 Occæpit iurgium. *Il a commencé la noise.*
 ¶ *Qui a commencé la noise le premier? Lequel a le premier assailli l'autre?* 11
 A. Vter vtrum prior laceffuit?
 Vter vtrum prior irritauit? B. Petrus.
 Vterque alterum.) Sub. Laceffuit. Hoc est Et hic illum, & ille hunc prouocauit. *Ilz se sont assailli l'ung l'autre.*
 Vterque alterum odit. *Ilz se hayent l'ung l'autre. Ilz sent rehayent.*) Vterque vtrunque non dicitur, teste Valla: Terentius tamen sic,
 Vterque vtrique est cordi: Id est Alter alteri placet. *Ilz plaissent bien l'ung a l'autre.*
 ¶ *Ilz ne saiment ne l'ung ne l'autre.* 12
 Neuter alterum amat.) Caue dixeris, Neuter neutrum amat.
 Quintilianus, Neutrum ab altero separo.
 ¶ *Il m'est uenu prendre que ie n'y pensoye pas.* 13
 Me imprudentem oppressit.
 Me nec opinantem, adortus est.
 ¶ *Il m'a prins en trahison.* 14
 Ex insidiis me adortus est.
 Adorior, adoriris, adortus sum, adoriri.
 ¶ *Il l'a prins a despourueu.* 15
 Inuasit eum de improviso. Imperatum adortus est.
 ¶ *Il m'est uenu frapper.* 16
 Vtrò me percussit.) Vtrò: Id est A me non laceffitus) *sans ce que ie luy eusse rien faict ne dict.*
 Non laceffitus me pulsauit.

Me petiit pugno. Il m'a frappé du poing.

Hic pugnus, pugni. Me percussit. vel,

Me cecidit. Il m'a frappé.

¶ Il m'a frappé sans le ueoir, ny sans y penser. 17

Me clam percussit.

Ex insidiis me petiuit. Il m'a frappé en trahison.

Clam, En cachette, En secret, En derriere: vt Clam detrahere: Id est In occulto maledicere, Dire mal en derriere.

Hæc clam patre omnia feci.) Id est Ignorâte & nesciête patre. Il a fait tout cecy sans le scœu de son pere.

¶ Le regent m'a batu oultrageusement. 18

Præceptor atrociter me verberauit.

Nimia me cecidit atrocitate.

Atrox, Oultrageux. Atrocitas, Oultrage.

Atrociter, Oultrageusement.

¶ Il m'a mauldiet plusieurs fois. 19

Sæpius mihi imprecatus est.

Diris me deuouit sexcenties. Imprecari, Mauldire.

Deuouere diris, Mauldire ung homme execrablement: comme quand on diët, Je le donne a tous les diables.)

Quod verbum ne cogitari quidem ab homine Christiano debet.

Hæc diræ, dirarum.

Sexcenties: Id est Sæpius. Est enim númerus certus pro incerto.

¶ Il me repute son fol. 20

Me sibi esse pro ridiculo putat.

¶ Il fait son fol de moy. 21

Habet me in derisum. Sum illi ridiculus.

Habet me pro delectamento.

Ego sum illi ridiculo.

Hoc ridiculum, Vne chose de quoy on fait son passetemps en sen moquant.

Ridiculus homo: Id est Deridendus. Vng homme de qui on fait son fol, duquel on prend son passetemps en se moquant de luy.

O hominem ridiculum! O qu'il est digne d'estre moque! vel si ad secundam personam referatur, O que tu es digne d'estre moqué!

Terentius pro eodem, Ridiculum caput.) Id est O hominem ridiculum!

¶ Il m'a tiré l'oreille. Il m'a tiré par l'oreille. 22

Distorsit mihi auriculam.

Auriculam mihi distraxit.

Aurem mihi vellicauit.) Vnde vellicatus aurium apud Plinium.

Auris, propriè parsest interior, qua audimus: Gallicè, Ouye: & cum Gallico articulo, L'ouye.

Auricula, pars auris exterior: Gallicè, Oreille: & cum articulo, L'oreille: C'est a dire Tout ce qui est a l'entour de l'ouye. Pars eius superior, dicitur pinna: inferior, fibra: vel auricula infima, Le tendron de l'oreille: C'est a dire Le petit bout tēdre qu'on tire uoluntiers aux enfans. Hæc ferè ex Gaza apud Aristotelem.

Auris pro auricula plærunque accipitur.

¶ Il a laissé en aller mon petit oiseau. 23

Amisit auiculam meam. vel, dimisit.

Amittere & dimittere, præter alia, est quod Gallicè dicitur, Laisser en aller.

Amisisti auem meam è cauca. aut, emisisti. Tu as laissé en aller mon oiseau de la cage.

Plautus, Hunc si amitto, hic abierit. Si ie l'en laisse aller (si ie luy balle congé) il s'en yra.

Non prius te dimittam, quàm mihi verum dixeris. Ie ne te laisseray point en aller, deuant que tu m'ayes dict la uerite.

Cauca, est qua tenetur feræ, vel aues, Vne cage, ou une muë.

Cauca ferrea leones includuntur.

¶ Il m'a desrobé mon liure.

24

Furatus est mihi librum. vel,
Surrripuit mihi códicem.

Furto mihi abstulit pecuniam. Il m'a desrobé de l'argent.

¶ Il a gasté mon liure d'encre.

25

Librum meum atramento maculauit.

Varietas. Maculauit, Fœdauit, Inquinauit, Cõtaminauit.

¶ On m'a fait tout plein de paste en mon liure: c'est
à dire Tout plein de taches.

26

Labeculis ex atramento respersus est liber meus.

Multis ex atramento maculis codex meus inquinat⁹ est.

Multis in locis liber meus à nescio quibus atramento fœ-
datus est.

Hæc macula, Vne tache, une macule, une souilleure, com-
me sur une robe, ou en ung liure.

Hæc labes, huius labis, idem. A quo hæc labecula, diminiu-
tium, Petite tache.

Contrahendi.

C A P V T X I I I.

¶ Preste moy ton poinçon.

I

Commoda mihi tuum stylum.

Hic stylus, styli.

¶ Preste moy ton couteau.

2

Commoda mihi tuum cultellum.

Hic culter, cultri: Toute maniere de couteau.

Hic cultellus, Petit couteau.

Cultellus pennarius, Vng ganiuet.

Gladius & ensis, idem significant: Toute maniere d'espee.

Sed Ensis frequētius apud poetas legitur. Hæc spatha,
proprium est pro Gallico nomine Espee.

g.i.

¶ Vng couteau pour seruir a table.

Cultellus mensarius.

Cultellus escarius.

Faber cultrarius, vng coutelier.

Commodare, Prester une chose laquelle on rend icelle mesme. Vt,

Commoda mihi tuum thorâcem in crâstinum diem.

Preste moy uostre pourpoint pour demain.

¶ Preste moy vng peu ta plume.

Cómoda mihi parumper tuam pennam.

Parúper: Id est Ad breue tēpus: Pour vng peu de temps.

Calamus, est ex ar údine: & eo quidâ scribunt, vt Erasmus: vt in Italia. Vne canne qui est creuse dedens.

¶ Preste moy deux plumes: & ie t'en rendray deux aultres, quand i'en auray.

Da mihi mutuò duas pennas: reddam tibi alias duas, cum habebo. vel, cum émero. Quand i'en auray acheté. Vel, cum licebit. Quand ie pourray.

Dare mutuò, Prester une chose laquelle on ne red pas elle mesme: mais on rend d'une mesme espece, ou d'une mesme sorte en poix ou mesure. Cuiusmodi sunt, pecunia, vinum, oleum, triticum: cōme, argent pour argent, uin pour uin, huile pour huile, froment pour froment.

Da mihi mutuò vnam candêlam. Preste moy une chandelle: ie t'en rendray une aultre.

¶ Il preste uoluntiers sa marchandise.

Suas merces libenter credit.

Hæc merx, hui⁹ mercis, Dēree: c'est a dire La marchādisse.

Proba merx, Loyale marchandise.

Plautus, Proba merx facilè emptorem réperit. Bōne marchandise trouue tousiours son marchand.

Hæc merces, mercêdis: Loyer, pris, salaire.

Diurna mercêde cōductus est. Il est loué au iour la iournee. Ex H. ratio.

Iuuenalis, Scire volunt omnes : mercêdem soluere nemo.) Sub. Vult.

Libenter, *Voluntiers, De bon cueur, De bon courage.*

Cicero, Libenter petere à te solco, siquid opus est meorum cuiquam.

¶ *En ce que ie te dois tu n'y perdras que l'attente.* 7
Nullam hac in re, nisi temporis iacturam facies.

Solus temporis iacturam hic facies.) Hic: Id est In hac re, in eo quod tibi debeo.

¶ *Preste moy cinq solz: ie te les rendray sans point de faulte.* 8

Da mihi mutuò quinque asses : bona fide reddam tibi.)

Hic as, huius assis. Hic assis, huius assis, more antiquo.

Varietas. Da mihi mutuò quinque asses, Da mihi quinque asses mutuos.

Varietas. Reddam tibi, Renumerabo tibi.

¶ *Ie cherche de l'argent a emprunter.* 9

Argentum quæro mutuuum.

Mutuam quæro pecuniam.

Mutuos quæro nummos.

Quæro vnde pecuniam mutuer.

Vnde mutuò nummos accipiam, quæro.

¶ *A. Preste moy deux doubles. B. Ie n'en ay qu'ung, lequel i'ay emprunté de Iehan.* 10

A. Da mihi mutuò duos sextantes. B. Habeo vnicum, eúmque ab Iohanne mutuò acceptum.

Hic extans, sextantis.

¶ *I'ay emprunté c'est argent.* 11

Hanc pecuniam mutuò accepi.

Mutuatus sum hos nummos.

Hanc pecuniolam mutuam accepi.

Crédita est mihi hæc pecunia.

Hæc pecunia mihi mutuò data est. *On m'a presté c'est argent.*

Argentum, propriè est ipsum metallum: Le métal qui s'appelle argent. Sæpe tamen legitur pro pecunia: vt apud Terentium & Plautú videre licet. Sed puto apud eos nomen Argentum intelligendum esse de nummis argéteis. Ferè enim apud Græcos, vnde translatae sunt Latinæ comœdiæ, monêta fuisse videtur argentea.

Hæc moneta, *Monnoye.*

Moneta argétea, vel nummi argentei, *Monnoye d'argët.*

Antiqua moneta, *Vieille monnoye.*

Proba moneta, *Bonne monnoye.*

Adulterina moneta, *Faulse monnoye.*

Moneta communis, *Monnoye courant: C'est a dire Qui ha le cours.*

Vas argenteum, *Vng uaisseau d'argent.*

Argentea vasa, *Vaisselle d'argent.*

¶ Qui est æ qui t'a presté c'est argent. 12

Quis tibi mutuò dedit istam pecuniam?

Quis istos nummos tibi crédidit? Petrus.

A quo mutuatus es istud argentum? vel,

Vnde mutuò accepisti? A Petro, vel ex Petro.) Vnde: Id est A quo.

¶ Emprunte argent de quelque lieu. 13

Mutuare alicunde pecuniam.) Id est Mutuò accipe ab aliquo.

Mutuor, mutuaris, deponens.

¶ On m'a presté du drap: c'est a dire Baillé a crédit. 14

Créditus est mihi pannus.

¶ Il m'a baillé des souliers a crédit. 15

Crédidit mihi calceos.

¶ J'ay emprunté ce liure de Charles. 16

A Carolo hunc librum commodato accepi.

Carolus hunc mihi códicem commodauit.

¶ A. Veuls tu uenir avec moy a la uille? B. Je n'ay point de robe. A. Demâde an une a emprunter de quelcun. 17

A. Visne mecum exire in vicos? B. Non habeo togam. A.
Roga alicunde commodatò.

Varietas. Roga commodatò, Pete commodatò, Accipe
commodatò.

Alicunde: Id est Ab aliquo.

Emprunte une robe pour aller ueoir ton pere plus
honnestement. 18

Accipe togam commodatò: vt ornatius patrem visas.

J'ay presté mon liure a Jehan. 19

Librum meum Ioanni commodauì.

Varietas. Commodauì, Commodatò dedi, Vtendum de-
di. Te luy ay baillé pour s'en seruir.

Preste moy pour deux iours ton liure la ou tu as
escript ce que le regent a nommé. 20

Commoda mihi in duos dies còmentarium dictatorum.

Da mihi commodatò dictata præceptoris in duos dies.)

Dictata præceptoris: Id est Quæ dictante præceptore
excepisti.

Da mihi vtendum ad duos dies còdicem dictatorum.

Commoda mihi istú còdicem in duos dies, vel ad duos
dies. Preste moy ce liure d'icy a deux iours.

Hic commentarius, Hic commentariolus.

Dictata, dictatorum, ce que le regent baille à escrire aux
escoliers.

Dictare, Nommer a ung aultre qui escript.

Hoc mihi in reditum serua, Garde moy cecy pour mon
retour: c'est a dire A quand ie reuiendray, A quand ie
seray icy de retour.

Recòde istud in diem crastinú. Serre cela pour demain.

Varietas. Reconde, Repòne.

Præceptor hoc seruari iussit in crastinum. Te maistre a
mandé qu'on garde cecy pour demain. Ex Sucto.

Preste moy ton liure ce pendant que tu iases.

Commoda mihi librú tuum tantisper dum fabularis.

g.iii.



¶ A. Preste moy ton Terence. B. Il te le faudroit demãder a Pierre, a qui ie l'ay presté. A. A quelles enseignes ueuls tu que ie le demande? B. Dy luy que i'ay son Virgile. B. Bien, bien. 22

A. Cómmoda mihi tuum Terentium. B. Is tibi repetendus esset à Petro, cui vtendum dedi.

A. Quo signo vis repetam? B. Nempe hoc, quòd eius habeo Virgillum. A. Hoc satis est.

¶ Preste moy ton petit liure, pour doubler les proueres, que le regent a baillé a escrire. 23

Cómmoda mihi tuum commentariolum, vt excribam fórmulas dictatas à præceptore.

Varictas. Exscribere, Describere. Doubler quelque escripture.

¶ Veuls tu gager contre moy?

Vis mecũ certare spõsioné? Visne spõsioné facere? 24

Visne quicquam mecum deponere?

¶ Combien ueuls tu mettre? combien ueuls tu gager? 25

Quo pignore vis certare?

Quid vis in spõsionem deponere?

Quanti placet spõsionem facere?

¶ A. Veuls tu mettre? B. Ie suis content. A. Cõbien ueuls tu mettre? B. cinq solz. A. Qui est ce qui gardera les gages? B. Pierre. A. Qui croirons nous? B. Qui tu voudras. 26

A. Visne spõsionem facere? B. Volo. A. Quanti? B. Quinque assibus. A. Apud quem deponetur pecunia? B. Apud Petrum. A. Quis erit iudex spõsionis? B. Elige quẽlibet. Prends qui tu voudras.

Spõsionem vici. I'ay gaigné la gageure.

¶ Le gage qu'il est près de neuf heures. 27

Spõsionem facio ni propè fit nona.) Sub. Hora. Propè. Id est feré.

Varictas. Propè, Propèmodum, Feré, Círciter.

- ¶ Je gageray de monter la sus aussi tost que toy. 28
 Prouoco te sponſione, ni aſcensu ad ſupremum gradum
 te æquauero.
 Varietas. Prouoco te sponſione, Facio ſponſionem, Laces-
 ſo te sponſione.
 ¶ Veuls tu changer a moy? 29
 ¶ Viſne mutare mecum?
 Mutabo tecum, ſi voles, Terentium Virgilio. Je change-
 ray ſi tu ueuls a toy, mon Terence a ton Virgile.
 Salluſtius, Eaq; mutare cū mercatorib⁹ vino aduocitio.
 ¶ Changeons enſemble. 30
 Permutemus inuicem.
 ¶ Veuls tu changer ton Virgile a mon Ciceron? 31
 Vis permutare Virgillum tuum Cicerone meo?) Virgi-
 lium & Ciceronem, pro Virgilii & Ciceronis operibus
 figuratè dicimus.
 Varietas. Mutare, Permutare, Commutare.
 Commutauerunt inter ſe veſtem. Ilz ont changé l'ung a
 l'autre d'habillemens.
 Commutauit prandium ſuum cum meo. Il a changé ſa
 portion de diſner a la mienne.
 ¶ Je ne bailleroye pas mon liure pour le tien. 32
 Librum meum nolim cum tuo commutare.
 ¶ Il a voulu aujourd'uy changer ſon pain au mien. 33
 Hodie panem ſuum voluit meo commutare.
 ¶ J'ay changé mon liure avec Pierre: ay ie fait que
 ſol? 34
 Mutauit librum cum Petro: an ego deceptus ſum?
 Varietas. An ego deceptus ſum? An mihi fraus facta eſt?
 An mihi impositum eſt?
 ¶ Je vous prie ne preneꝫ point de moy reſpondant,
 mais preneꝫ gage. 35
 Oro te, ne ſponſorem à me, ſcd pignus accipias. Ex Pan-
 dectis.

¶ Mon liure tient pour cinq solz: c'est a dire il est en gage pour ce pris la. 36

Liber meus ob quinque asses pignori oppositus est.

Terentius in Phorm. Ager oppositus est pignori ob decem minas: ædiculæ item ob decem alias.

¶ Mon virgile est engage pour cinq solz: & mon Terence pour cinq aultres. 37

Virgilius meus ob quinque asses pignori est oppositus: Terentius item ob quinque alios.

Opponere pignori, Engager, mettre engage, bailler engage. Quod facit, qui mutuum sumit. Ce que fait celui qui emprunte.

Varietas. Opponere pignori, Oppignerare, Dare pignori, Dare in pignus.

Repignerare, Desgager. Festus.

¶ J'ay prins ce liure en gage pour cinq solz. 38

Hunc librum pignori, ob quinque asses, accepi.

Ob quinque solidos hic codex mihi datus est pignori, vel in pignus.

Pignori accipit creditor, vel fœnerator.

Fœnerator, celui qui baille a usure.

Creditor alibi inuenies.

Pignus tam de re immobili, quàm de mobili dicitur.

¶ Il a engagé sa maison pour mille francs. 39

Domum suam mille libellis oppigneravit, vel pignori opposuit.

Varietas. Domum suam, Ædes suas.

Hæc libella, libellæ, Vng franc, ou une liure: c'est a dire vingt solz.

Duæ libellæ Parisinæ, Deux liures Parisiæ.

Duæ libellæ turonicæ, Deux francs, ou deux liures ternois. Budæus de assè.

¶ Il m'a presté argent sur gage. 40

Pecuniam mihi pigneratò credidit.

Créditor pigneratitius, *celuy qui preste sur gage.*

Pigneratus est patrē meū. *Il a fait executer mon pere.*

Pignerari, est quod vulgò per executionem cape dici-
mus: Hoc est Pignora capere. *Prendre gages par execu-
tion. Executer ung homme pour quelque debte, en pre-
nant de ses biens en gage.*

Tam leui nomine non debuit eum pignerari. *Il ne le
deuoit pas faire executer pour si peu de chose.)* Tam
leui nomine: Id est Ob tam paruum debitum.

Pignerator, *celuy qui fait executer ung aultre pour
quelque debte.*

Petitor, *celuy qui demande ce que luy est deu.*

Ereptor, *celuy qui prend par force.*

Raptor, idem quod ereptor.

¶ A. Preste ζ moy uostre Virgile iusques a deux iours.

B. Ie ne puis. A. Pourquoi non B. Pour ce que ie l'ay
preste a Pierre qui l'a mis en gage de cinq sol ζ . A.
Comment: l'a il peu engager sans uostre congé? 41

A. Comoda mihi tuum Virgilium in duos dies. B. Nō
possum. A. Quid ni? B. Eum enim à me cōmodatō ac-
ceptum, Petrus ob quinque asses pignori opposuit. A.
Num ille oppignerare librū tuum, te inuito potuit?

De suprā dictis omnibus multa Budæus in Prioribus an-
notationibus.

¶ Baill ζ moy des arres: c'est a dire Auance ζ moy
quelque chose. 42

Da mihi arrham. Da mihi arrhabōnem.

Hic arrhabo, arrhabōnis.

¶ Tu feras auèques luy pour peu de chose. 43

Pacisci cum illo parua pecunia potes.

Paciscor, pacisceris, pactus sum vel fui, pacisci, verbum
deponens. *Faire quelque marché, ou contract avec
ung aultre.*

¶ I'ay laissé mon liure en gage a Pierre pour quatre

solz
Reliqui Petro librum meū arrhabóni pro quatuor af- 44
sibus.) Arrhabóni: Id est In pignus.

Terétius, Reliquit filiam adolescentulam: ea relicta huic,
arrhabóni est pro illo argento.) Sensus est,

Ea adolescentula huic relicta est in pignus pro illa pecu-
nia. Propriè tamen dicendum est,

Reliqui pignori, vel in pignus. Nam arrhabo propriè ar-
rham significat: vt alibi diximus.

*Il a iuré qu'il ne me devoit rien. Il m'a demié par ser-
ment ce qu'il me devoit.* 45

Mihi abiurauit creditum,

Iurauit se nihil debere mihi.

Iureiurando negauit, se alicuius rei mihi esse debitorè.

Je suis quicte par tout. 46

Solutus sum omni débito.

Omni ære alieno sum liberatus.

Iam nemini obæratum sum.

Iam nulli quicquam debeo.

*J'ay payé tout ce que ie deuoye. Je me suis acquitté
par tout. J'ay payé toutes mes debtes.* 47

Æs aliènum prorsus omne dissolui.

Solui creditoribus meis omnibus.

Meos omnes creditores absolui. Terentius.

Perfolui quicquid debebam.

Exolui me omni ære alieno.

Omni débito me liberaui. Hoc débitum: vt ait Nonius.
Æs aliènum, est pecunia quam aliis debemus. Toute debte,
en quoy nous sommes tenuz a aultruy.

Créditor meus, celuy a qui ie doy, celuy qui m'a presté
argent, ou marchandise.

Debitor meus, celuy qui me doit.

Varietas. Dissoluerè æs aliènum, Perfoluerè æs aliènum,

Exoluerè æs aliènum.

Clamais ne se fust peu acquieter, si son pere ne fust mort. 48

Nihil æri alieno eius, præter mortem patris, subuenire potuisset. Ex Cicerone.

Il s'est acquiété d'ung grand argent qu'il deuoit. 49
Maximo se ære alieno liberauit.

Ce ne ueulx deuoir a homme du monde. 50
Prorsus nemini debere velim.

Il est aux empruns. Il ua aux empruns. Il emprunte argent. 51

Æs alienum cóntrahit.

Varietas. Contrahit, Conflat.

Obstringit se ære alieno. Il s'endebte fort.

Obstrictus est ære alieno. Il est bien auant aux empruns. Il est fort endebté.

Varietas. Obstrictus, Pressus.

Alieno ære oppressus est. Il doit a Dieu & au monde. Il est si endebté, qu'il ne scait de quel costé se tourner.

Nøz comptes s'accordent bien ensemble. 52

Bene ratio accepti atque expensi inter nos cónuenit. Ex Plauto.) Per translationem significat, Bene inter nos conuenit. Nous accordons bien ensemble.

Ratio accepti, Le compte de ce qu'on a receu.

Ratio expensi, Le compte de ce qu'on a mis, ou despendu pour aultruy.

Hoc acceptum, Hoc expensum.

Par est accepti & expensi ratio, Autant mis que receu.

Mettez en uøz parties (ou en uøz comptes) tout ce que uous auez mis pour moy. 53

Refer in códicem tuum rationarium, quicquid meo nomine expendisti.

Varietas. Meo nomine, Mea causa.

Varietas. Codex rationarius, Liber rationarius.

Codex accepti & expensi, Le liure des mises & recettes:

C'est a dire Au quel on escript ce qu'on met & ce qu'on recoit: cōme est le papier iournal d'ung marchand, ou cōme le papier de la despence d'une maison.

Varietas. Expēdere, Impendere, Infūmere.

Gallidicunt *Mises & receptes*. Cum tamen ordo Latini fermōnis pōstulet vt dicatur, *Receptes & mises*.

¶ *J'ay mis en mes comptes, ce que uous m'auiez baillé pour r'abiller mes chausses.* 54

Retuli in rationes meas, id quod mihi dederas ad tibialia refarcienda.

¶ *Comptons. Faisons compte.* 55

Computemus.

Subducamus rationem. Ex Plauto & Terentio.

Computandum est. *Il fault compter. Il fault faire cōpte.*

Iuuenalis, Sed cum summus honos finito cōputet anno,

Sportula quid referat, &c.

Hui⁹ cōuiuii subducēda est ratio. *Il fault cōpter cest esot.*

¶ *J'ay mis en escript tout ce que uous auiez mis pour moy.* 56

Expensum retuli, quicquid mea causa impendisti.

Acceptum, *La recepte.* Expensum, *La mise.*

Acceptum tibi fero, *Je tiens & accepte pour receu. Je cōfesse auoir receu de toy: & fust il ainsi que ie ne l'eus se pas receu.*

Expensum tibi fero. *Je tiens & accepte pour mis, encore que tu ne l'eusse pas mis.*

Quicquid in disciplinis profeci, tibi secundum Deum, acceptum fero. Id est Fateor me tibi debere. Quod vulgò dicitur, *Fateor me tenere de te. Je confesse tenir de uous, apres Dieu, tout ce que j'ay appris. De tout ce que j'ay prouffité, ie ne me sens tenu sinon a Dieu & a uous.*

Varietas. Quicquid in disciplinis profeci, Quicquid sum in literis. Id est Qualiscunque sum, vel Quātuluscūq;

¶ *Le regent ne m'a pas aloué dix solz que i'auoye mis pour luy.* 57

Præceptor decusssem non mihi expensum tulit.

Hic decussis, huius decussis: Id est Decem asses, La somme de dix solz.

Hic vigessis: Id est Viginti asses, vingt solz.

Hic centussis, Hoc est Centum asses, cent solz.

Sic enim Budæo placet hæc nomina posse vsurpari: licet apud Romanos aliud olim significarent.

¶ *Quinq; asses mihi non tulit acceptos. Il ne m'a pas aloué cinq solz lesquelz il a receu.*

¶ *Te me suis acquitté a toy. Je t'ay tenu promesse.* 58

Liberaui apud te fidem meam.

Fidem tibi præstiti. Seruaui tibi fidem.

Nó fefelli. Je n'ay point failli en ce que ie t'auoye promis.

¶ *Quand t'acquiteras tu de ce que tu me dois?* 59

Quando solues mihi débitum:

¶ *Quand feras tu ce que tu m'as promis? Quand me tiendras tu promesse?* 60

Quando promissum facies?) Sub. Mihi.

Quando præstabis promissa?

Nunquamne stabis promissis?

¶ *Or ça, fay maintenant ce que tu as promis.* 61

Nunc age, fac promissa vt appareant. Terentius.

¶ *Te uous semons de uostre promesse.* 62

Appello te de promisso.

¶ *Te suis quicte a toy. Je ne te dooy plus rien.* 63

Nihil iam tibi debeo.

Virgilius, -nil iam cælestibus vllis Debentem.

¶ *Te ne suis en rien tenu a uous.* 64

Nihil omnino tibi debeo.

Nihil tibi sum obnoxius.) Id est Nulla in re.

Nulla prorsus beneficio tibi deuinctus sum.

Nullus rei sum tibi debitor.

Deuinctus est mihi.) Id est Obligatus. Il est obligé a moy: c'est a dire Tenu. A deuincior, déuinciris. Cicero.

Plurimum debeo præceptor. Je suis beaucoup tenu a mon regent.

Ago tibi, vt debeo, gratias.) Vt debeo: Sub. Facere. Je uous remercie, ainsi que ie suis tenu. Cicero.

Nō quas debeo, sed quas possum, ago tibi gratias. Je uous remercie, non pas tant que ie suis tenu: mais autant qu'il m'est possible.

Tantum tibi debeo: vt, quibus verbis agam tibi gratias, nō reperiā. Je suis tant tenu a uous, que ie ne puis penser comment ie uous puisse remercier. Ordo est, Vt nō reperiā (id est, excogitare non possum) quibus, &c.

Agam: Id est Agere possum. Modus est potentialis.

¶ Je ne me sens point tenu a luy.

65

Nihil illi me puto debere.

¶ Voicy pour nous deux. Cery est aussi bien a moy, comme a toy.

66

Hoc mihi est commūne tecum.

Hoc vtrique nostrum commūne est.

Hæc res est vtriusq; nostrū cōmūnis. Cery est a no^r deux.

Omnia sunt mihi tecum communia. Nous n'auons rien departi nous deux.

Amicorum omnia communia sunt. Bons amis ont tout en commun. Prouerbium.

¶ Il a payé sans aucun proces, sans debat, sans questio, sans se faire contraindre.

67

Citra controuersiam reddidit argentum.

Pecuniam sine lite reddidit.

¶ Mon pere a payé le principal en belle monnoye.

68

Pater meus gymnasiarchæ lecta pecunia soluit.

Lecta pecunia, Est lite d'argent, belle monnoye, comme piéces d'or triées, & mises a part.

Mon pere a payé pour ma portion uingt escauz au soleil.

Pater dedit gymnasiarchæ pro alimentis meis viginti solatos aureos.)Sub. Nummos.

Cópia & inópia

CAPVT XIII.

Il est si riche qu'il ne sait qu'il ha.

Adeò rebus omnibus abundat, vt sua ipse nesciat bona.

Est Croeso ditior.

Crasso est opulentior.)Vtrunque est prouerbiale.

Circunfluit omnibus copiis.

Ignòrat quátum possideat: tãta est illi opum abúdátia.

Varietas.Omnibus copiis, Omnium rerum copia.

Cicero, Circúfluere omnibus copiis.)De opibus loquitur.

Il ha bien de quoy.

Satis est bona conditione. Mediocres habet diuitias.

Sunt illi satis amplæ facultates.

Fortúnas quidem satis amplas habet.

Il est assez riche pour uiure honnestement.

Satis habet, quí bene vitã colat.)Quí pro vnde.Ex Plaut.

S'il est riche, bon prou luy face. S'il ha bien de quoy, si le garde.

Sibi habeat suam fortunam.

Suas sibi opes, suam sibi seruet potentiam.

Nous auons aussi bien de quoy disner chez nous, que luy.

Tam nobis est domi quod edamus, quàm illi.

J'ay force liures.

Abundo libris. Libros affatim habeo.

Plus satis est mihi librorum. Abundant mihi libri.

Affluunt mihi optimi códices.

Est mihi amplissima librorum supellex.

Habeo amplissimam bibliothecam.

Est mihi affatim voluminum.

Librorum affatim habeo.

Liuius, Habetis affatim lignorum.) Hoc aduerbium vitiosè profertur à pueris penultima longa.

Sic Plautus, Abunde voluptatum.

Item Virgilius, Terrorum & fraudis abunde est.

Abunde pecunias habet.) Id est Satis. *Il ha de l'argent assez.* Ex Sallustio.

Satisiam verborum est. *c'est assez parlé.* Terentius.

Il'ay force papier.

Habeo affatim chartæ.

¶ *A. Dis tu uray. B. Ie ne scay si est uray, mais il est
tout commun par tout. Tout le monde le dit ainsi.* 27

A. Itane est? B. Nescio. Id passim dicunt.) Itane est? Sub.
Vt dicis.

Varietas. Itane est? An verum dicis? Ain' tu? *Dictes uous?
Est il uray ce que uous me dictes?*

¶ *Soufle moy par derriere ce que ie doy dire.*

28

Summone me à tergo.

Doce me postica monitione. Ex Budæo.

Suggere mihi à tergo. quid sim dicturus.) Postica mo-
nitio: Id est Quæ fit à tergo.

Tibi opus esset monitore. *Il te faudroit ung prothocole.*

Varietas. Mõnitor, Summõnitor.

¶ *Dictes tout au long.*

29

Dic integre.

Dic ad finem vsque.

¶ *Di ce que tu uouldras de moy, ie t'en dõne cõgé.*

30

Concêdo tibi, vt in me, quæ voles, dicas. Cicero.

¶ *Il dit tout ce qu'il ha sur le cueur.*

31

Nihil fingit. Nihil dissimulat. Nihil obtegit.

Nihil in pectore clausum seruat.

Apertissimo est pectore.

Sine fuco viuit.) Id est Sine simulatione.

Apertè simplicitérque omnia loquitur.

Simplicis veritatis amicus est. Homo est simplicissim⁹.

Neque est simulator, neque dissimulator.

Candido pectore omnia ingenuè exprômit.

Aperi mihi animum tuum. Declare moy ton cœur. Di
moy ce que tu as sur le cœur.

Homo simplex, Vng homme simple: c'est a dire Tout des-
couvert, Qui n'ha rien caché, Qui va rondement, Qui
ua le grand chemin, Qui ne trifouille point.

¶ Il a dict tout ce qu'il scauoit. 32

Effudit omnia. Cicero.

¶ Tu le diras maugré que tu en ayes. 33

Tu dices etiam inuitus.

Tu dices, vel inuitus.) Vel, pro Etiam.

Velis nolis, dices. Tu le diras ueillès ou non.

¶ Il confesse l'auoir dict. 34

Ait se dixisse.) Ait: Id est Fatetur, vel affirmat.

¶ Il nie l'auoir dict. 35

Negat se dixisse.

¶ Il nie l'auoir fait: c'est a dire il dit qu'il ne l'a pas
fait. 36

Negat se fecisse.

¶ Tantost il le confesse, tantost il le nie. 37

Modo ait, modo negat.) Sub. Hoc vel illud.

¶ Il dit qu'il ne uiedra pas. Il dit qu'il n'en fera riē. 38

Negat se venturum.

Negat se facturum.) Sub. Hoc, vel illud.

¶ Il dit qu'il uiedra. 39

Ait se venturum.

Se venturum dicit.

¶ Il dit maintenant tout le contraire de ce qu'il auoit

dict. il corne a gauche.

40

Nunc retexit orationem suam. Cicero.

Palinodiam canit.) Retexere, *proprement c'est destitre & deffaire ce qu'on auoit tissu.* Hinc adagium, Penelopes telam retexere: Id est Inanem operam sumere, & rursum destruere quod effeceris. *Deffaire ce qu'on a fait.* Vt solebat Penelope eandem telam nunc texere, nunc retexere: vt tædium falleret.

Penelopes telam retexis. *Tu fais le fait & le deffait. Tantost tu fais, tantost tu deffais. Tu pers ta peine.*

Palinodia: Id est Contrarius cantus, *Le deschant.*

In hanc sententiam Horatius,

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.) Hoc est Nunc struit, nunc destruit: & quæ prius voluit habere quadrata, ea nunc rotunda facit. quasi tu dicas,

Nunquam potest in eadem sententia permanere.

Cela a este dict entre nous. Nous auons ainsi accordé ensemble.

41

Illud inter nos dictum fuit.

Terent. Illud inter nos dictum fuit, ne tu curares meum.

Il a beaucoup dict pour icelle partie.

42

In eam partem multa verba fecit. Ex Cicerone.

Il a beaucoup dict pour l'une & l'autre partie.

43

Multa in vtranque partem disputauit.) Quod vulgus dicit, *pro & contra.*

Varietas. Disputauit, Dixit, Differuit.

Il a bien soustenu le pro & le contra.

44

Vtranque partem defendit acerrimè.

In vtranque partem acerrimè disputauit.

Habeo permulta in vtranque partem testimonia. *J'ay beaucoup de probations tant pour l'une partie, que pour l'autre.*

Vtram partem vis defendere: *Laquelle partie ueuls tu soustenir*

Id defendam, quod esse optimum sentiam. *Je soustien-
dray ce qu'il me semblera le meilleur.*

Quod rectum est, id defendi oportet. *On doit soustienir
ce qui est de droit & de raison.*) Ordo est, Oportet id
defendi, quod est rectum: Hoc est Oportet vt id defen-
datur, quod rectum est.

Ad mortem vsque defendenda est veritas. *Il fault sou-
stienir la uerité iusques a la mort.*

Contrariam partem semper defendit. *Il soustient tous-
iours le contraire des aultres.*

Debet vnusquisque, tum patriam, tum amicos defende-
re. *Vng chascū doit soustienir tāt son pais, que ses amis.*

¶ *Je diray ses propres mots.*

45

Ipsius eius verbis vtar. *Je useray de ses propres mots.*

¶ *Il a dict cela deuant tout le monde.*

46

Illud palàm dixit.

Varietas. Palàm, In propatulo.

¶ *Ne dictes rien de ce que ie uous ay dict.*

47

Cura, vt hæc clanculum dicta sint. Plautus.

Quod scis, nescis.) Sēsus est, Finge vt nescias id quod scis:
Hoc est Ita dissimula, quasi tu ignores. Terentius.

¶ *Iamais cicero ne parla de cela.*

48

Huius rei Cicero nullam mentiōnem fecit.

De hoc nulla mentio à Cicerone facta est.

Huius rei Cicero nusquam meminuit.) Nusquam : Id est
Nullo in loco.

Nunquam de hac re méminit Cicero.

¶ *Il parle & estime de uous en bon ami.*

49

De te amicissimè & loquitur & sentit,

¶ *Il parle peu, & a propos.*

50

Breuitè & commodè dicit.

¶ *Il parle François.*

51

Gallicè locutus est.

¶ *Il parle assez bon Latin.*

52

Latinè haud pessimè loquitur. Cicero.

¶ Il parle tresbon Latin.

53

Latinè optimè loquitur.

Nescit Latinè loqui. Il ne sçait parler Latin.

Nescit Latinè.) Sub. Intelligere. Il n'entend pas Latin. Il n'entend rien en Latin. Il ne sçait rien de Latin.

Non possum Latinè dicere.) Sub. Hoc, vel illud, Je ne le puis dire en Latin.

¶ Tu es trop long a parler.

54

Nimis longum loqueris.

Prolixior es, quàm par sit, in loquendo.

¶ Je parle pour moy mesme.

55

Ipse loquor pro me.) Id est Ego met causam meam dico.

Pro se ipse dixit.) Hoc est Sua ipse causam egit. Il a parlé pour soy: c'est a dire Il a plaidé sa cause luy mesme.

Liuius, Ipse pro me dicere cogor.

Quintilianus in declamationibus, Iam coeperam tuam quoque marite crudèlis agere causam. L'auoye desia commencé a parler aussi pour toy.

¶ On n'ose parler sinon quand il luy plaist.

56

Apud illum non licet, nisi præfinito loqui. Ex Terentio.

Præfinito. Sub. Tempore. Aut est aduerbium: vt sit, præfinito: Id est Ex præscripto. Par mesure, par congé, quand il luy plaist.

¶ Jamais ie ne parlay de luy, sinon en tout hõneur.

57

A me nũq̄ de illo, nisi honorifica mētio facta est. Ex Cic.

¶ Il n'est pas ainsi, dis ie.

58

Non ita est, inquam.

Arguebat me quidã, quòd diceret me sibi imposuisse: at istud, inquã, minimè verũ est. Quelcun me reprenoit, disant que ie l'auoye trompé: touteffõis dis ie, il n'est pas uray.

¶ Tu as menti, dist il.

59

Mentiris, inquit.

Quide tu que ie le diſſe : ſie ne ſauoye qu'il fuſt uray? 60

Num(putas)id dicerem:nifi ſcirem verum eſſe?

Terentius in And.Num(cenſes)faceret:filium niſi ſciret eadem hæc velle?

Te te l'auoye bien dict. 61

Satis prædixeram tibi.)Sub.Id vel illud.

Nónne tibi ſatis prædixeram? vel,

Nónne tibi verè prædixerá? *Ne te l'auoye pas bien dict?*

Te ne le diray pas, & ſi le ſay. 62

Non dicam,etſi ſcio.

Nous rendrons demain de Virgile. 63

Reddemus cras de Virgilio.) Sub. Prælectionem.

Discordiæ.

C A P V T X X I I.

Ilz ne peuuent accorder enſemble. 1

Non poſſunt cõuenire. Cõcordare inter ſe nequeũt.

Malè inter eos cõuenit.

Non bene cõueniunt.)Sub.Inter ſe.

Bene inter eos cõuenit. *Ilz accordẽt biẽ enſemble.* Terçt.

Non concordat filius cum patre.

Nõ cõuenit filio cum patre. *Le filz n'acorde pas avec le pere. Le pere & l'enfant ne ſont pas d'acord.*

Ilz n'ont peu demourer amis. Ilz n'ont peu demou- rer d'acord enſemble. 2

Non potuerũt in amicitia cõſuetudine permanẽre. Cic.

Ilz ſe ſont entrebatũz. 3

Compugnauerunt. Pugna concertarunt.

Mutua pugna tumultuati ſunt.

Non modò verbis, ſed re ipſa contendẽrunt.

Mutuis iũibus ſeſe cõtuderunt. Se inuicem ceciderũt.

- ¶ Il se sont entrepris aux cheueulx.** 4
 Sibi inuicem crines vellicarunt.
 Varietas. Crines, Capillos.
 Hic crinis, huius crinis. Vellicare, Arracher le poil.
- ¶ En souppant, parolles se sont esmeues entre eulx. Il leur est suruenu quelque debat.** 5
 Inter cœnandum, orta est inter eos contentio.
 Cum cœnarent, lis irteruēnit.
 Varietas. Contentio, Lis, Rixa, Iurgium, Certâmen.
- ¶ En souppant il se sont courroucé ensemble.** 6
 Inter cœnam, in mutuam iram incidērunt.
 Cum cœnarent, ira intercessit.
 Varietas. Inter cœnam, Super cœnam.
- ¶ Ira sunt inter eos. Il sont en discord. Il ont question (noise, debat) ensemble. Ira, pro inimicitiiis. Terentius.**
¶ Il debatent pour rien. Il se debatent de rien qui uaille. 7
 Litigant de nihilo.) Id est De re nihili.
 Terētius, Nō hoc de nihilo est, quōd Laches nūc me cō-
 uentā esse expetit.) De nihilo: Id est Propter nihilum,
 De lana caprina rixantur.) Id est De re nihili. Prouer-
 bium. Sic,
 De fumo disceptant.) Id est De meris nugamentis. De ba-
 ueries & choses friuoles.
- ¶ De asini vmbra contendunt.) Id est Litigant.**
¶ De re nihili disceptant. De nugis contendunt.
 Nihili adiectiuum est indeclinabile. DE, in hoc genere
 loquendi significat propter,
¶ Il est uenu faire icy une grande noise de rien. 8
 De nihilo magnas lites concitauit.
 De asini vmbra quantas excitauit turbas/vel, quantas tra-
 gœdias.
 Varietas. De asini vmbra, De lana caprina.) Id est De re
 nihili. De rien qui uaille. Vtrunque est prouerbiale.

Tu fais grande noise de peu de chose.
De re nihili magnam tragœdiam éxcitas. Prouerbium. 9

Disputandi.

C A P V T X X I I I.

De quoy faictes uous questions? 1

Quam quæstionem tractatis? De quo disputatis?
Cicero, Vt iis proponatur de quo disputent.

Qu'est ce qu'ung Poete: Qu'est ce que plaider? 2

Quid est Poeta? Quid est agere causas?

Poeta quid significat: Et similia ad hunc modum.

Cur non recte dicitur, Quid sit Poeta? Quia per indica-
tium fieri debet interrogatio: nisi fuerit sensus mo-
di potentialis.

Quid est potentialis modus? Est modus in verbo, voces
habens coniunctiuo similes: sed quæ declarari solent
per verbum possum, potes: aut (si sensus exigit) per ver-
bum debeo: interdum etiam per volo, vis.

Da authoritatem. Eloquar an filcam? Virgilius.) Hoc est
Vtrum dicere, an filere illud debeo? *Doy ie dire cela,
ou si ie m'en doy taire?*

Quintilianus, Frangas citius, quàm corrigas, quæ in pra-
num induruerunt. Id est Citius frangere quis poterit,
quàm corrigere.) Hic est modus potentialis, & secun-
da persona pro tertia.

Il ne ueult pas faire questions contre moy. 3

Non vult disputare mecum.) Pro hoc nonnulli vitiose
dicunt, *Non vult esse contra me.*

Tu n'es pas mon compaignon. 4

Tu non es compar meus.) Sub. In disputando. *Tu n'es
pas mon compaignon a faire questions.*

Varietas. Cõpar meus, Par meus. Ex Plauto & Cicerone.

Cómpares mei non adfunt. *Mes compaignons ne sont pas icy.*) *Mes compaignons: c'est a dire ceulx qui sont questions avecques moy.*

¶ Il m'a demandé que c'estoit a dire cano. 5

Quæsiuit ex me cano quid significet.

Varietas. Quæsiuit ex me, Interrogauit me, Proposuit mihi.

Varietas. Quæro ex te, Quæro à te, Quæro de te.

¶ Te luy ay demandé une question, a laquelle n'a peu respondre, ou qu'il n'a peu souldre. 6

Proposui illi quæstionem, cui non potuit respondere.

Varietas. Cui non potuit respondere, Ad quam respondere non potuit, Quam soluere nequiuuit, Quam dissoluere non potuit, Quam explicare non potuit.

Quæstiuncula, *Petite question.*

¶ Il ne ueult pas respondre. 7

Non vult respondere.) Dare responsum, propriè ad oracula pertinet, aut ad res grauiores: vt cum respondendum est legatis aliquid petentibus. Alioqui pro simpliciter respondere, magis poeticum est.

¶ Il m'a fait une question. 8

Hic mihi proposuit.

A. Cur potius dicis H I C, quàm I P S E? B. Quia illo sermone personam præsentem demonstras: I P S E autem relatiuum est.

A. Quid inter se differunt pronomina demonstratiua, hic, iste, & ille?

B. Hic dicitur Gallicè, *cestuy cy: c'est a dire Qui est au pres de moy.*

Iste, cestuy la: c'est a dire Qui est au pres de toy.

Ille, celuy la: c'est a dire Qui est al'escart, & reculé de toy & de moy: qui n'est ny au pres de moy, ny au pres de toy.

Hic est quem tibi commendaui. *c'est cestuy cy que ie uous*

ay recommandé.

Vidén' tu illū: Is est de quo agebam tecum. *Voyez vous
celuy là: c'est celuy de qui ie uous parloye.*

Varietas. Is est, Ipse est, Is ipse est. *c'est celuy mesme.*

¶ Il m'a fait amender ma question.

Reicit in me quæstionem.

¶ Il n'a peu amender sa propre question.

Suam ipse quæstionem solvere non potuit. *Luy mesme
n'a peu souldre sa question.*

¶ Il l'ay fait uictus. Ie l'ay uaincu.

Ego illum vici.

¶ Il l'ay refait uictus.

Eum iterum vici.

¶ A mende ta question.

Solue tuam quæstionem.

Varietas. Solue, Dissolue, Exolue, Explica.

Explica mihi hanc quæstionem. *Donnez moy la solution
de ce doute, de ceste question.*

¶ Il m'a proposé ung doute.

Quæstionem proposuit mihi.

¶ Il fait tousiours ceste question.

Semper hoc propônit. Nihil nisi hoc proponit.

Idénidem hoc proponit.) Id est Sæpissimè, per interual-
la. *A tous les coups. A tous propos.*

Nihil aliud quærit, quàm Poeta quæ pars.

¶ Il n'ha qu'une question.

Eadē quæstionē subinde inculcat.) Subinde: Id est Idén-
tidem. Semper vnum atque idem quærit.

Eadem quæstione me semper obtundit.

Habet vnam tantum quæstionem.

Vnicam eandēque semper affert quæstiunculam.

¶ Il te repréens.

Arguo te.

Ego te reprehendo.

Non tuum est aliénos mores carpere. *Ce n'est pas a toy*

de reprendre les vices d'aultruy.

¶ *Te te note, je te reprends d'incongruité.*

18

Arguo te solœcismi. Arguo te solœci.

¶ *Tu as fait une incongruité.*

19

Tu fecisti solœcismum.

Iuuenalis, Atque solœcismum liceat fecisse marito.

Hic solœcismus, & Hic solœcus, *Incongruité en parlant.*

A. Quomodo fit solœcismus? B. Peccando in structura partium orationis. A. Declara. B. Ut si quis dicat, *Habeo pulchrum auem, video Petrus.*

A. Quid differt barbarismus à solœcismo? B. Barbarismus, est vitiū in vnica dictione. Solœcismus, est vitiū inter partes orationis. De barbarismo, alio in loco videbis.

¶ *Te te reprends de iurer.*

20

Arguo te iuramenti.

Arguo te iurifuradi. Iuramentū légitur apud Senecam.

Iurandum tamen vt antiquius est, ita elegantius.

¶ *Te te note d'irreuerence.*

21

Arguo te contemptus.

Arguo te contempti maiorum honoris.

¶ *Tu es uaincu de ta propre question.*

22

Victus es tua ipsius quæstione.

¶ *T'auray ma replique sur toy.*

23

Propônâmi tibi quæstionem réciprocam.

¶ *Te doy auoir ma replique sur toy.*

24

Debetur mihi aduersum te quæstio réciproca.

¶ *Tu as regardé dedens le liure.*

25

Inspexisti librum. Codicem inspexisti.

Inspiciend⁹ est codex. Id est Liber. *Il fault ueoir au liure.*

Inspice librum. Regarde au liure.

¶ *En peine de regarder au liure.*

26

Exhibeatur liber. Proferatur in medium codex.

¶ *Il a repliqué contre moy.*

27

Proposuit mihi quæstionem réciprocam.

Proposuit mihi mutuam quæstionem.

¶ *Ci'ay argué contre luy : & puis il a repliqué contre moy.* 28

Proposui illi: deinde ille vicissim mihi proposuit.

¶ *Sus, fay une question.* 29

Eia, propõe. Age interroga.) Eia, dissyllabum est.

Heus tu, quære ex me aliquid.

¶ *Allons deuant le regent.* 30

Adeâmus præceptorem.) Id est Eamus ad magistrum.

Consulamus præceptorem. Demandons en au regent.

De hoc referamus.) Sub. Ad præceptorem.

Referâmus ad didáscalum.) Sub. De hac re: Id est De hac controuersia.

FORMVLA EXPONENDARVM puerilium disputationum coram magistro.

Huic proposui, Sum quale sit verbum: respondit substantiuum. Adieci: quomodo declinetur. id ignorans, reiecit ad parem suum, qui rectè declinavit. Finita declinatione, quæsiui Sum quot habeat composita: vnde-
cim, inquit. Quibus ordine enumeratis, proposui denique Sum quotuplicem habeat cõstructionem. Hoc aduersarii nescientes, ad me quæstionem reiecerunt. Nunc te adimus: vt me audias, dum soluo quæstionem meam.

¶ *Vous auez dict cela deuant le regent.* 31

Hoc dixisti coram præceptore.

¶ *Je me suis reprins.* 32

Ego me correxi. Correxì dictum.

Retractaui errorem. Erratum reuocaui.

Correxi errorem meum. Ille se correxit. vel,

Correxit dictum. Il s'est reprins.

Tu te correxisti. Tu t'es reprins.

Retractare dictum. Soy desdire.

CA. Tu ne m'as pas repris. B. N'y toy aussi.

33

A. Tu me non arguisti. B. Neque tu me.) Sub. Arguisti.

Nec tu me quidem) Sub. Arguisti.

CTu as perdu ta question.

34

Tua quæstio irrita est. Id est Nihil tibi proderit, & tanquam nulla erit. Elle ne te seruira de rien. Elle ne te fera pour rien comptee. C'est autant que si tu n'eusses rien propose.

Irritus, irrita, irritum, nomen est, ex in & participio rarus.

CIl sont deux contre moy.

35

Duo sunt mihi aduersarii. Duo mecum disputant.

Duo sunt aduersum me concertatores.

CJe ne scauroye estre tout seul contre deux. Je ne puis pas tenir contre deux.

36

Solus nequeo disputare cum duobus.

Non possum vnus duobus par esse.

Solus nequeo duobus resistere.

Nó possum aduersus duos in disputando sufficere. Je ne puis pas fournir contre deux.

Sum impar duorum certamini.

Duorum certamen sustinere solus non valeo.

Ne Hercules quidem aduersus duos.) Sub. Pugnare, aut

Par esse, aut Sufficere potuit.

CFerme vostre liure, & dictes tout par cueur.

37

Complica librum, & dic memoriter.

CJ'ay failli tout en la fin.

38

Erraui in ipso fine. Tout au fin bout.

Ad extremum finem lapsus sum. Vers le fin bout.

Vno verbo lapsus es. Tu as failli d'ung mot. Tu as failli a ung mot.

CA. Qui est uictus de ton coste? B. Je ne scay. Pierre & Iehan sont en discord.

39

A. Quis ex tua parte victus est? B. Nescio: Petrus & Ioanes

contendunt.

Varietas. Contendent, Sunt in dubio, De victoria dubitant, Inter Petrum & Ioannem est contentio.

¶ Nous faisons questions deux a deux. Nous disputons deux contre deux. 40

Bini disputamus.

Terni, Trois a trois.

Quaterni, Quatre a quatre.

¶ Nous faisons questions chascun pour soy. 41

Singuli disputamus. Vng a vng. Vng contre vng.

Singulari certamine disceptamus.) Translatio à re militari.

Petrus Ioannem singulari certamine prouocauit. Pierre a defie Iehan, Il luy a presente le combat, Il luy a offert la bataille, Il la defie homme a homme.

Eum lucta prouocauit. Il luy a presenté la iouste.

¶ Il a eu la dermere question.) Hoc vsurpant pueri in fine disputationum, postquã scilicet vel ad prædium, vel ad cœnam sonitum est. 42

Victus est extrema quæstione. Il a este quinault le dernier.

Varietas. Extrema, Postrema, Suprema, Vltima, Nouissima.

¶ Pren que ie soye maintenant uictus pour toy, & tu le seras demain pour moy. 43

Fac, me nomine tuo nunc victum esse: sed cras vicem rependes.

Craftino die par pari referes. Demain tu feras autant pour moy. Tu me rendras la pareille.

Fac me victum esse. Pren le cas que ie soye uaincu.

Finge id verum esse. Pren le cas que cela soit uray.

¶ Pren le cas qu'il soit ainsi. 44

Fac ita esse.) Sub. Rem: Id est Finge rem sic esse.

Virgilius, Fac velle.) Sub. Eos: Id est Finge vt illi hoc

velint.

Sit ita sane. Cicero.

Sine sic habere.) Pro eo quod est Sine rem sic se habere: Id est Esto vt res sic se habeat. Plautus.

Fingamus sic esse .vel,

Concedamus vt sit ita. *Prenons le cas qu'il soit ainsi.*

¶ *Il a este uictus a la grand' quine.*

Victus fuit in summa disputatione. vel,

In supremo certamine.

¶ *Ce propos ne fait rien contre moy.*

Hoc dictum non pugnat contra me. vel,

Contra me non facit.

Varietas. Hoc dictum, Hoc Verbum, Hæc sententia.

¶ *Te le prouueray en cicero de mot a mot.*

Ex Cicerone ad verbum probabo.

Varietas. Ad verbum, Ad litteram.

¶ *Te le prouueray par texte formel de la Bible.*

Hoc ad verbum probabo ex sacris literis. Biblia, biblia, non dicitur: sed Biblia, bibliorum. La Bible: c'est a dire les liures de la sainte escripture.

¶ *Ils peuent biẽ tous deux soustenir, ou defendre leur opinion.*

Habet vterque quod sequatur.) Id est Quo suam sententiam tueatur ac defendat. Ily a apparece tant d'ung coste que d'aultre. Cicero.

Epulandi.

CAP. XXIII.

¶ *Departos nostre pain, que l'ung en ait aultant comme l'aultre.*

Nostrum panem pariter dispertiamur.

Diuidamus ex æquo nostrum panem.

Ex æquo, *Egallement.*

Pariter, idem significat interdum quod ex æquo.

Æquis partibus vinum in singulos distribuit. *Il a de partit le vin a tous, aultant a l'ung comme a l'aultre.*

Varietas. Distribuit, Partitus est, Diuisit.

¶ Tu uas tousiours deux fois au pain. 2

Tu soles ientaculi panem bis petere.

¶ A. J'ay perdu auioirdhuy mon de suiner. B. Pourquoi? 3

A. Pour ce que ie ne l'ay pas demande. 3

A. Hodie mihi ientaculū periit. B. Cur? A. Quia non petiui.

Varietas. Periit, Deperiit.

¶ J'ay mangé ung gros boudin a mon de suiner. 4

Edi crassissimum botellum in ientaculo.

Ientaculi botellum admodum crassum.

Hic botulus, Hic botellus, *Boudin.*

Edi, J'ay mangé.

Comédi, J'ay mangé avec d'aultres. *Comedo tamen pro*

Edo interdum ponitur.

¶ Chapeler du pain. 5

Distringere crustam panis. *Budæus.*

¶ Je n'ay mangé que deux morceaulx de pain. 6

Edi tantum duas buccellas.) *Sub. Panis.*

Duas solum bucceas comédi.

Buccæa, *Une bouchee.* Buccella, *Une petite bouchee.*

¶ Couppe du pain. 7

Frangere panem.

¶ Donne moy ung morceau de pain. 8

Da mihi bucellam.) *Sub. Panis.*

Da mihi frustum panis.

Da mihi bolum panis.

Hic bôlus, bôli, *Ung morceau de quelque chose.*

Bolum mihi è faucibus libenter eripias. *Tu m'osterois uoluntiers le morceau du gosier. Tu as regret en ce que ie mange.*

Crucior bolum tantum mihi esse creptū è faucibus. J'ay

grād despit d'auoir perdu une si belle occasion, ou Qu'il m'est eschappé une si belle proye. Prouerbiū est apud Terentium.

Fruſto panis condūci poteſt, vt aut taceat, aut loquatur. On le fera taire, ou parler pour ung morceau de pain.)

Fruſto panis: Id eſt Re minima & vniuerſiſſima. Pour ung riē Varietas. Fruſtum, Fruſtulum, Fruſillum.

Qui eſt celuy qui fait le banquet?

9

Quis eſt conuiuator? Quis eſt conuiuii dominus?

Quis eſt rex conuiuii? Quis facit conuiuium?

Regale conuiuium.) Id eſt Rege dignum, vel Regio apparatus adornatum. Vng banquet royal, Vng bāquet magnifique.

Conuiuator, celuy qui fait le banquet. A Conuiuator, conuiuaris: quod eſt, conuiuium facere.

Scitus conuiuator, Vng homme qui traicte honneſtement les gens en banquets.

Apud Horatium in ſecundo Sermonum, Párochus pro conuiuatore ponitur: licet aliud propriē ſignificet.

Hic & hæc conuiua, huius conuiuæ, Qui eſt inuité a ung banquet: ſoit a diſner, ſoit a ſupper.

Hic conuiCTOR, conuiCTORis, Qui prend ordinairement ſon repas en la maiſon d'ung aultre.

Horatius, Non quia Mecœnas tibi ſum conuiCTOR.

ConuiCTores mei, Mes commensulx.

Tu cōuiuas moraris, Vous faites trop attendre ceulx qui ſont inuitez.

Inuitare ad conuiuium, ſemondre a ung banquet.

Sic inuitare ad prandium, Inuitare ad cœnam.

Vocare ad conuiuium, ad prandium, ad cœnam.

Ilz ſont des bāquetz les ungs aux aultres. Ilz ſ'entre ſont des banquets.

10

Inter ſe agitant conuiuia.

Selon ſa puiſſance, il a faiſſe beau banquet. ſelon l.iii.

son aisance. selon la portee de ses biens.

Conuiuium satis lautum fecit pro suis opibus. 11

¶ Il appreste a soupper. 12

Cœnam parat.

Prandiu curat. Il appreste le disner. Il abillè a disner.

Paratur cœna. On appreste a soupper.

Apparare, proprie de re maiori dicitur: vt de conuiuiuo celebriori.

Terentius, Video alios festinare: cœnam apparare. Quia videlicet ad leuandum fenis mœrorum, serui curiosius cœnam parabant.

Noli quælo mihi apparare quicquam: quotidianus visus satis superque est mihi. *Te uous prie ne faites aucun appareil pour moy: ce m'est assez de l'ordinaire, & trop auec.*

Non opus est mihi tanto apparatu. *Il ne me fault point si grand appareil. Il ne fault point tant de mystere pour moy.*

¶ Qu'auons nous pour soupper? Qu'auons nous a disner? 13

Quid habemus in cœnam?

Quid est nobis in prandium?

¶ Mettez la nappe. 14

Sterne mensam. Appone mensam.

Apposita sunt mensæ. *Les tables sont dressées. Les nappes sont mises, le sel dessus, &c.*

Plautus, Pueri mensam apponite.

¶ Mettez la viande sur la table. 15

Appone cibos. Instrue mensam obsoniis.

Hoc obsonium, obsonii, *La viande, La pitance: soit chair, soit poisson, ou aultre chose oultre le pain & le uin.*

Obsonator, *Le despensier qui achette les viandes, comme le pitancier d'ung couuent.*

Iam instructa est mensa obsoniis.

Iam appóstiti sunt cibi. *La viande est desia sur table. On a desia serui.*

Nondum mensæ apposita sunt edulia.

Nihil dum appositum est mensæ, quod edatur. *On n'a encõre rien serui sur table.*) Item sic breuius,

Iam appóstitum est prandium. *Le disner est desia serui.*

Iam apposita est cœna. *Le supper est desia sur table.* Sic,

Nondum appositum est prandium, &c. Ex Plauto.

Qui est president en la salet 16

Quis accumbit primus in triclinio?

On n'a pas encõre faict la benediction. 17

Nondum consecrata est mensa.

On ne s'est pas encõre assis a table, On n'est pas encõre a table. 18

Nondum accúbitum est.

Nondum discubitum est.) Vtrunque est impersonale ab
Accumbo, accumbis, accubui, accúbitum. Discumbo,
discumbis, discubui, discubitum. Dicitur & áccubo, áccubas, pro accúbo. Híc autem animaduertendú, quod de vno nõ dicitur Discúbit: sed Accubat, siue Accúbit.

Il n'a pas encõre commence a disner. 19

Nondum prandère cœpit.

Adhuc prandium non incœpit. vel, occœpit.

Incontinent qu'il esi a table, il ueult estre serui. 20

Cum primum accubuit, statim vult sibi ministrari.

Ceste suppe icy ne sens quel'eaue. 21

Hoc ius est insipidum. Hoc ius nil nisi aquam sapit.

Hoc ius est aqua insipidius. Omnino insipidum est.

Hoc ius nihil sapit. *Ce potage ne sent rien. Il ne sent ne sel ne saulge.* Prouerbiũ est Gallicum,

Hęc saluã, *De la saulge.*

Hoc nihil salis sapit. *Cecy ne sent point de sel.*

Hoc parum falsum est. *Cecy n'est pas asseZ salé.*

Hoc sapit adustiónem. *Cecy sent le bruslé.*

¶ Bonne soupe. Bon potage. Bon brouet.

Ius bene conditum.

Conditus, condita, conditum, à condio, condis, conditui, condire.

Coquus male cibos condierat. Le cuisinier n'auoit pas fait bonne saulce aux viandes.

Male condierat iura. Il n'auoit pas fait bon potage.

Hoc ius, iuris: Du brouet.

Ius carniū: Du brouet de chair.

Ius piscium: Du brouet de poisson.

Ius pisorum: De la puree de pois.

Pisorum ius conditum: De la puree qui est acoustree avec beurre, espice, & tout ce qu'on y ueult mettre de bon. Affettage.

Condimenta, Toutes mistions & choses friandes, qu'on met en ung potage pour le faire bon.

Huic iuri desunt condimenta. Ce potage n'est point acoustre.

Hoc ius male conditum est. Ce potage est mal affecté, mal acoustre, mal assaisonné.

Ius hesternum: Du brouet d'hyer.

Ius piperatum: Du potage espicé.

Hoc piper, piperis: Du poiure.

¶ Trempe ma soupe.

Perfunde iure meum panem.

¶ Trempe bien ma soupe.

Mácerá probe panem meum.

Fac panem meum diligenter madefacias.

Non edi panem è iure. Je n'ay point mangé de soupe.

Varietas. Panis è iure, vel ex iure, Panis iure madidus, Panis iure maceratus, Panis iure emollitus.) His omnibus vtitur Donatus in Terentium.

Ex iure ferinam edimus. Nous auons mangé de la uenaison en potage.

¶ Il y a tousiours tout plein de gresse sus noꝝ escuelles. 25

Semper nostræ lances plus satis vnctæ sunt.

¶ Ce marmiton la ne laue iamais bien ses escuelles. 26
Mediastinus iste nunquam lances detergit satis.

Hic mediastinus, Vng souillon de cuisine, Vng houspauler.

In gymnasijs Parisiensibus dici solet, Vng marmiton.

Minister culinaris, Vng uarlet de cuisine.

Tergere, Detergere, Extergere, Torcher.

Deterge calceostuos. Torche tes souliers.

¶ Il a liche les platꝝ. 27

Lambit discos. Linxit catinos.

Linxit patinas.

Lances elinxit.

Hæc lanx, huius lancis, Vng plat, ou une grande escuelle.

¶ Il ne fait en aysnant que licher ses doigtꝝ. 28

Inter prandendum semper digitos lingit.

¶ Il liche tousiours ses doigtꝝ quand il disne, ou quand il suppe. 29

Epulando semper lambit digitos. Epulando En prenant le repas: soit a disner, soit a soupper. Sic vitur Plinius hoc verbo in naturali historia.

Verecundè epulatur. Il fait la petite bouche.

¶ Donne moy de la saulce. 30

Da mihi condimentum.

Salsamenta, Toute maniere de chair salee, ou poisson salé.

Hoc salsamentum.

Salsamenta piscium, vel è piscibus, Poissons saleꝝ.

Salsamenta carniū siue ex carnibus, Chairs salees.

Salsamentarius, Qui uend chair salee, ou poisson sale: comme ceulx qu'on appelle a Paris harangiers & chaircuietiers.

Salsamentaria, Vne harangiere, ou une chaircuietiere.

¶ Donne moy de la saulce uerd. 31

Da mihi víride condimentum.

☞ Donne moy du uert iust.

Da mihi omphácium. Hoc omphacium, omphacii. 32

Vuæ omphaces, Le uert iust en grappe. Les grappes de quoy on fait le uert iust.

☞ Donne moy de la moustardè.

Da mihi sinápi. 33

Hoc sinápi, indeclinabile: sine plurali.

☞ Les lactues sont bonnes pour faire aller aux re-
traictz. 34

Ventri mouendo vtiles sunt lactuæ.

Lactuæ aluum molliunt.

Varietas. Molliunt, Deiciunt, Subdúcut, Soluunt.

Venandi exercitatio cōfert valetudini. L'exercice de la chasse est bon pour la santé du corps.

Varietas. Confert valetudini, Confert ad valetudinem.

Varietas. Confert, Vtilis est, Prodest, Conducit.

☞ Oua mollia.

Hoc Latine quidè dicitur: sed Gallicæ linguæ melius cō-
uenit, Oua molliuscula. Dicimus enim, Des eufs mol-
letz. Quod si ita liquida sunt, vt forbéri possint: Oua
forbilia dicuntur. Des eufs si molletz qu'on les puisse
humer. 35

Hoc ouum forbíle, huius oui forbilis.

Hic & hæc forbilis, & hoc forbile.

Oua nostra ad prunas coque. Fay cuire noz eufs en la
brause.

☞ Fay moy mon euf mollet.

Ouum meum mihi curato molliusculum. 36

☞ Va me cuire c'est euf, & qu'il soit dur.

Hoc ouum ita mihi coque, vt duretur. 37

Hoc ouum nimis duratú est. cest euf est trop dur.

Plinius, Oua durata illinuntur strumis.

☞ J'ay mangé des eufs au beurre.

Edi oua ex butyro. 38

¶ *Nous auõs mangé des lactues a l'huile & au vin aigre: c'est a dire En salade.* 39

Comedimus lactucas ex oleo & aceto.

Apposita fuerunt nobis acetaria. *Nous auõs eu de la salade*

¶ *Mangeons nostre beuf au vin aigre.* 40

Comedamus nostram bubulam ex aceto.) Bubulam; Sub. Carnem.

Paremus nobis acetaria. *Faisons de la uinaigrette.*

Paro, paras, parau.

¶ *Il ne mangeust que bonnes viandes.* 41

Selectis cibus viuit. Plautus.

Non nisi exquisitis cibus vescitur.

Vescor, vésceur, vésce, caret præterito.

Cibi selecti, vel Cibi exquisiti.) Id est Curiosè quæsit. *Viandes exquisies.*

Sallustius, Vescèdi causaterra marique omnia exquirere.

¶ *Nous aurons aujourdhuy pro duplica.) c'est a dire Nous aurons au disner pour les deux repas.* 42

Apponetur hodie nobis cœna cum prandio.

Apponetur cœna prandio coniuncta.

¶ *Nous aurons aujourdhuy pour deux fois. car il est ieune.* 43

Dabitur meridie victus in totum diem, propter ieiiniu.

¶ *Nous auons tous les iours chascun deux pains & demy.* 44

Habemus quotidie binos panes, & dimidiatum.) Binos:

Id est Singuli duos.

¶ *Nous aurons du rosti a supper.* 45

Apponetur nobis assum in cœna.

Assa caro nobis apponetur in cœna.

Assus, a, um, Grillé: c'est a dire Rosti sur le gril, ou sur les charbons, ou rosti en broche.

Hoc assum, Du rosti: soit chair ou poisson.

Assa caro, De la chair rostie.

- Piscis affus, Du poisson rosti.
 Elixum, Du bouilli soit chair ou poisson.
 Caro elixa, De la chair boullie.
 Piscis elixus, Poisson bouilli.
 Frixum, De la friture, ou de la fricassée: soit de chair ou de poisson.
 Caro frixa, De la chair fricassée.
 Piscis frixus, Du poisson frit.
 Oua frixa, Des eufs frits.
 Hoc minutal, minutâlis, Vng pasté en pot, ou unghachis.
 Iurulentum, Chair ou poisson accoustre en potage.
 Caro iurulenta.) Id est E iure condita. De la chair accoustree avec son brouet, & mise en potage: c'est a dire Vne chair laquelle on mange avec le brouet: vt veruecîna frustillatim concisa: vt ferina: comme du haricot de mouton: comme de la uenaïson.
 Piscis iurulentus.) Id est E iure cōdîtus. Poisson qu'on mange a l'estuuee.
 Piscis operi pistorio incoctus. Poisson en pasté. Sic loquitur Budens.
 ¶ Donne moy du mouton. 46
 Da mihi veruecînam.
 Vitulina, Du ueau.
 Porcîna, Du porc, Du porceau.
 Suilla, idem quod porcina.
 Bubula, Du beuf.
 Agnîna, De l'aigneau.
 Ouilla, De la chair de brebis.
 Hædîna, Du cheureau.
 Ferina, De la uenaïson.
 Aprugna, Venaïson de porc sanglier.
 Ceruîna, Venaïson de cerf.
 Leporîna, Venaïson de lieure.) In his omnibus subauditur nomen substantiuum Caro.

Legitur & veruex, bos, agnus: pro veruecina, búbula, agnina. Sed pueri affuefcere debent recto sermone.

¶ *Faisons une fricassée de nostre beuf.* 47

Ex búbula nostra frixum paremus.

Frigamus búbulam nostram minutim concisam.

¶ *Metz cela sur le gril.* 48

Impòne craticulæ.) Id est Superpone.

Virgilius, Tersunt conati imponere Pelio Ossam.) Id est Montem monti superponere, siue superimponere.

¶ *Fay rostir cela sur la grille.* 49

Torre in craticula.

Virg. Pinguiaque in verubus torrebimus exta columnis.

¶ *Nous auons eu du uin cleret a disner. Nous auons este serui de uin cleret.* 50

Appòsitum est nobis in prandio vinum purpureum.

Vinum album, Du uin blanc.

Vinú fuluú, Du uin fauueau, fauuelet, a fleur de pescher.

Vinum sanguineum, Gros cleret.

Vinum nigrum, Gros uin rouge, gros uin uermeil.

Vinum purpureum, Vin cleret.

Vinum rubellum, Vin fort cleret.

Vinum dulce, Vin doux.

Vinum acúrum, Vin agu, uin subtil, uin piquant.

Vinum lene, Vin amoureux, uin gracieux a boire.

Vinum austèrú, Vin rude, uin aspre, comme uin de pressoir.

Vinum asperum, idem quod austèrum.

Vinum acerbum, Vin uert.

Vinum omphácinum, Vin uert comme ueriuft.

Vinum ácidum, Vin qui est aigri.

Vinum tortiuum, Vin de pressoir.

Vinum secundarium, De la despense.

Hæc lora, loræ, idem.

Vinum pendens, Qui est encore en grappe.

Vinum doliâre, quod iam diffusum est. *Qui est de sia ti-
re & entonné.*

Mustum, *Du moust.*

Vinum semper mustum, *Vin tousjours doux.* Plinius.

Vinum merum, *Du uin pur.*

Bibit merum. *Il ne met point d'eau en son uin. Il boit
tout pur.*

Vinum dilûtum, *Vin trempé: C'est a dire Auquel on a
mis de l'eau.*

Nostrum vinum plus satis est dilûtum. Quod vulgo di-
citur, *Est nimis aquæ in nostro uino.*

Vinum eructum, *Vin esuenté.* Gellius.

Vinum foetidum, *Du uin empunaisi.*

Vappa, *Du uin poussé.*

Vinum acre, *Du uin fort.*

Vinum Creticum, *Maluaisiè.*

Vinum Apianum, *Vin de muscadet.*

Vinum indigena, *Vin qui est du creu du pais.* Sic Plinius
figuratè dixit, pro vino vernaculo.

Vino tantum patrio vitur. *Il ne boit que uin du pais.*

Vinum præcox. *Vin qui est incontinent prompt a boire.*
Plinius.

Vinum externum, *Vin de dehors du pais, Vin d'estrange
pais.* Pro eodem Gellius figuratè dixit Vinum alieni-
gena.

Vinum mucidum, *Du uin chenu, & qui sent le moisi.*

Vinum defæcatum, *Du uin qui est bien rassis.*

Hoc vinum nõdum est defæcatum. *Ce uin n'est pas en-
core rassis.*

Vinum fæcatum, *Qui est fait de lie.*

Vinum corruptum, *Qui est gaste en quelque maniere que
ce soit.*

Vinum fugiens, *Qui n'est point de garde.*

Vinum consistens, *Qui est de garde.*

Villum, *Petit uin.*

Fæx vini, *La lie du uin.*

Vappescit nostrum vinum. *Nostre uin s'esuente.*

Sic loquitur Erasmus in adagijs, Dolio, inquit, pleno, vinũ minus vappescit, quàm semipleno.) Verbum est factũ à Vappa.

¶ *Lequel uin est plus sain au corps, le blanc, ou le cle-*
ret? 51

Vtrum est corpori vinum salubrius, albũmne, an purpureum?

¶ *Ce uin icy sent bien son eaue. Il est bien trèpé.* 52

Hoc vinum admodum sapit aquam.

Hoc vinum plus æquo dilutum est.

Nihil nisi aquam resipit.) Id est Sapit.

¶ *Il ne met iamais d'eaue en son uin.* 53

Nunquam vinum diluit.

Semper merum bibit.) Id est Purum.

Vino semper vtitur mero.

Meracius bibit. *Il met peu d'eaue en son uin.*

Dilutius bibit. *Il y met beaucoup d'eaue.*

Meracius & dilutius in hoc genere loquendi videtur esse aduerbia: nisi maus subaudire VINUM. Vt quæque est, satis constat esse comparatiua propositiuis.

¶ *Iamais ie ne prins plus de plaisir a boire, que i'ay fait maintenant.* 54

Nunquam bibi, quàm nunc, iucundius. Ex Cicerone.

Nullus vnquam potus mihi fuit suauior.

Nulla potio me magis vnquam delectauit. *Iamais ie ne beu chose que ie trouuasse meilleure.*

¶ *Il a beu tout plein le gobelet en ung traict.* 55

Vnico haustu totum calicem epotauit. vel, ebibit.

¶ *Il a beu une pinte de uin en trois coups.* 56

Tribus haustibus vini pintam epotauit.

¶ *I'ay beu ung bon coup. Vne bonne fois.* 57

Semel bibi largissime.

Pleno haustu semel bibi. *J'ay beu une bonne gorgée.*

Pleno haustu bibit. *Il boit a pleine gorge.*

¶ *Quand ie suis uenu de iouer, j'ay beu ung grand uirre tout plein de uin, sans oster le nez du uirre.* 58

Vt veni à ludo, magnum vini cyathum vno haustu epotauit.

¶ *Il a esgoutté les quartes.*

Exhaustit quartarios. 59

Varietas. Exhaustit, Siccauit, Exiccauit; Exinanuit, Eua-
cuauit, Vacuefecit, Epotauit, Ebibit.

Quartarius, *Vne quarte a uin.*

Quartarius vini, *Vne quarte de uin.*

Tertiarius, *Vne tierce a uin, ou ung pot de trois chopines.*

Tertiarius vini, *Vng pot de uin de trois chopines.*

Pinta, *Vne pinte.*

Pinta vini, *Vne pinte de uin.*

Cheopîna, *Vne chopine.*

Cheopîna vini, *Vne chopine de uin.*

Hemixestus, *Vng demi septier.*

Hemixestus vini: vel, Semifextariolus vini, *Vng demi septier de uin.*

Brochus, *Vng grand broc.*

OEnóphorum: Id est Vas vinariû: *Toute maniere de pot a uin: mais spécialement ung grand broc a porter uin.*

Hæc nomina sic vsurpat Budæus. *Quem cur sequi ve-
rear, hominem tam exacti iudiciû*

¶ *Il a bien beu.*

Potauit. *Supra modum potitauit.*

Plus satis bibit. *Egregiè potus est. vel,*

Appotus est probè. *Il a bien haulsè le temps.*

Ebrius est, *Il est yure.*

Ebriofus est, *c'est ung yurongne.*

Varietas. Ebriofus, Vinofus, Vinolentus, Temulentus. 60

Temulentia & ebrietas. *Le vice d'estre yurongne.* Nam
témctum veteres pro vino dicebant.

Oles vinum. *Tu sens le uin.* vel,

Oles temetum, *more antiquo.*) Pueri vitiose dicunt, *Tu
sapis uinum,* & similia. Nam sapere, aliú habet usum,
vt alibi inuenies.

Abstemius, *Vng homme qui ne boit iamais de uin.*

Mea mater abstemia est. *Ma mere ne boit iamais de uin.*

¶ *Il est alle reposer son uin.*

61

Iuit dormítum exhalandi vini causa. Cicero.

Edormiscit vinum. *Il repose son uin.* Ex Terentio.

Nondum crapulam exhalauit. *Il n'a pas encóre repose ses
morceaulx.* Cicero.

¶ *Donne moy a boire.*

62

Da mihi bibere. Ex Terentio.) Quòd si (vt fit apud nobi-
liores) minister poculorum infusum poculo vinú ca-
dem opera misceat (id est vinum diluat): ex more ve-
terum elegantius dicitur, *Misce mihi: vel Misce.*) Sub.
Mihi.

Sic, *Misce illi, Misce Petro,* &c.

In eo conuiuio miscebatur nobis. *On nous seruoit en
buffet.*

¶ *Donne moy a boire en lieu de mö gobelet, ou de ma taf-
se que ie t'ay prestee.*

63

Da mihi potum pro commodato calice.

A potu venio. *Je uiens de boire.*

¶ *Il n'y a plus de uin.*

64

Non superest vinum. Non restat vinum.

Nihil vini reliquum est. Decet vinum.

Defecit panis. *Le pain est failli.* Il n'y a plus de pain.

¶ *Il nous est demouré du uin a disner.*

65

Superfuit nobis vinum ex prandio.

¶ *On n'a pas encóre serui les issues de table.*

66

Nondum appósita sunt bellaria.

Adhuc non apposita est secunda mensa.

Nondum appositus est caseus. *On n'a pas encore servi le fromage.*

Pluraliter tantum hæc bellaria, bellariorum. *Toute maniere d'issue de table, comme fructz, dragées, & autres choses.*

Ieiunii tempore solent edi loco cœnæ bellaria. *Quand il est ieusne, on fait u. luntiers collation de dragées.*

Pluraliter hæc tragémata, horum tragematum, Græcum nomen: idem quod Latinè bellaria. vnde Gallicum nomen, *Des dragées, pro, tragees.*

¶ Mettez de l'eau sur noz poires.

67

Perfunde aqua, nostra pyra.

¶ Mettez du vin sur les poires cuites, a fin qu'on les pele plus facilement.

68

Pyra cocta vino perfunde, vt facilius decorticentur.

Decorticare pyra, *Peler des poires.*

Decorticare lignu) Id est Corticé detrahere. *Peler du bois*

¶ Va querir des cerneaulx.

69

I emptum nucleos è iuglandibus.

Enucleare iuglâdes, *Cerner des noix, Faire des cerneaulx.*

¶ On n'a pas encore de serui.

70

Nondum sublatæ sunt mensæ.) A verbo tollo, tollis, sustuli, sublatum.

Nondum ablata est mensa.

Mensas remotas impropriè dixit Virgilius, pro ablatas: *Æneid. i.*

An non utimur mappa in Latino sermone? Imò maximè: sed Deponere mappam, non est Latînum, d'untaxat in hoc genere sermonis. Deponere mappam, *ne'st pas Latin, au mcins en ceste maniere de parler.*

Depone quam tenes mappam. vel, *Pone. Pose ceste nappe que tu tiens. Laisse ceste nappe que tu as entre les mains.*

Pone togam. vel depone. *Pose ta robe.*

Depone vestimenta. *Laisse tes habillemens.*

Pone cingulum. *Laisse ta ceinture.*

☞ *Oste tout.*

71

Aufer mensam. Tolle mensam.

Tolle suo quæq; ordine. *Oste chascun en son ordre. Defers tout par ordre.*

Ablatæ sunt mensæ. vel,

Sublata est mensa. *On a deserui.*

☞ *Il est encore a table.*

72

Adhuc accumbit.

Nondum surrexit è mensa.

☞ *Il se releuent mangerie.*

73

Instaurant dapes.

☞ *Recommencer a boire.*

74

Redintegrare potationem.

Instaurare compotationem.

☞ *Il se recommencent a boire.*

75

Instaurant pocula.

Integrant potationem. Ex Liuió.

☞ *Il est tousiours affirmé comme un loup.*

76

Instar lupi, semper cibi est áuidus.

Varietas. Instar lupi, More lupi, In modum lupi, In morem lupi.

☞ *Il est plus gourmand, qu'un porc.*

77

Est sue voracior.

Maior est illi, quàm porco, ingluuius.

Vorax, *Qui est goulú : c'est a dire Qui deuore la viande quasi sans maschier, de force de manger a coup.*

☞ *C'est un homme qui mange peu.*

78

Vir est pauci admodum cibi.

Homo est non multi cibi.

Cicero, Nihil est quod aduentum nostrum extimescas.

Non multi cibi hóspitem accipies : sed multi ioci.

m.ii.

Il ne fault point que tu craignes ma uenue. Tu auras en moy ung h ste qui mange peu, mais qui raille beaucoup.

Præceptor noster cibi est paucissimi: sed plurimi somni.

Nostre regent est petit mangeur: mais grand dormeur. vel contra,

Est parci somni, cibi verò largiòris. Il dort peu, mais il mange fort.

¶ Il uend sa portion, pour auoir des pommes. 79

Quotidianum victum vendit, vt inde màla sibi paret.

¶ Il n'a point de conte vn.e a table. 80

In mensa nullum modum seruat.

In epulando nullum adhibet modum.

Varietas. In mensa, In epulando, In accùbitu.

In epulando, Enbuuant & mangeant.

¶ Il se creue de manger. 81

Cibo se ingurgitat. Crapula se ipsum rumpit.

Nimio cibo ventrem distendit.

Ad fauces vsque replere se solet. Il se remplist iusque au gosier.

Ad vomitum vsque. Iusques a uomir.

Hæ fauces, faucium, faucibus, L'entree du gosier.

Hic vòmitus, huius vomitus, Vomissement.

¶ O uoyez ce vil.un la a tousiours la main au cul: & uient tousiours au plat sans lauer ses mains. 82

Vide obsecro, iste sòrdidus semper scabit: nec pudet cum manibus illotis ad mensam accedere.

¶ Ha urayement uous ne mangerez pas avec moy: ou uous lauerez uo. mains. 83

Heus tu, profecto mecum vnà cibum nò capies: aut certe manus lauabis.

Heus tu, aut lauabis manus: aut certe mecum vnà cibum non capies.

¶ Voyez cestuy la mange plus de soupe qu'ung char-tier. 84

Vide quæso: iste plus edit panis è iure, quàm soleat rhabdarius.) Sub. Esse, Gallicè, *Manger*.

Auriga, & scribendum & proferendum est: non origina

Il ont tout mangé sans moy. 85

Isti, me absente, omnia perederunt.

Me absente per cía sunt omnia.

Vrayement il ont tout mangé iusques aux os. 86

Isti profectò carnes ad ossa vsque perederunt.

Tantum non ossa deuorauerunt.) Id est Parum abfuit, quin ossa ipsa deuorauerint. *A peu qu'il n'ont mangé les os & tout.*

Peredo, peres, perédi, peréffe, vel perédere, peréfü, *Manger une chose sans qu'il en demeure rien.*

Cas tu faict collation 87

An comessatus es?

Comestor, comessaris: Id est Post cœnam epulari. *Banquetter, faire collation: c'est à dire Faire un repas après le supper: l. quelle chose se fait uolütiers par gourmandise*

Vnde fit vt comessari accipiatur interdum, pro eo quod est extra debitum tempus crapulari. *Gourmänder a heures extraordinaires, & a temps non deu.*

Ci a collation est toute prestee en ma chambre. 88

Parata est comessatio in cubiculo meo.

Allons faire collation en ma chambre. 89

Eamus comessatum in meo cubiculo.

A. Cur non dicis *IN MEVM CVBICVLVM*? B. Quia casus non hîc refertur ad verbum *EAMVS*: sed ad verbum *COMESSATVM*. Est enim sensus, Eamus, vt comessemur in cubiculo meo.

Allons faire collation ches moy. 90

Eamus ad me comessatum.) Ad me: Id est In domum meam: si casum hunc *AD ME*, iungis verbo *EAMVS*. Vel ad me, pro apud me: Id est Domi meæ, si refers ad verbum *COMESSATVM*.

Ientaculum, *Le dèſieuner.*

Prandium, *Le dîner.*

Prandiolum, *Le petit dîner.*

Merenda, *eg. uſter: lequel a Paris on appelle reciner.*

Antecœniuni, *pro merenda, dixit Apuleius.*

Cœna, *Le ſupper.*

Cœnula, *Petit ſupper.*

Comœſſatio, *La collation, ou banquet apres ſupper.*

Eundi, abeundi,

ET REDEVNDI.

C A P. X X V.

¶ *Te uois en ma chambre.*

Eo in cubiculum. *Ad eo cubiculum.*

Diſcedo ad cubiculum.

Recipio me in cellulam. *Te m'en uois retirer en ma petite chambre.*

A. Cur non reſte dicitur, Vado in cubiculum? B. Quia vado, verbum eſt ad periculoſas, aut maioris momenti profectiones. Vt, Vado Romam.

¶ *Te uis querir mes liures en la chambre.*

Eo petitum libros meos è cubiculo.

¶ *Te uois a l'eglise.*

Adeo templum. *Eo in templum.*

Concêdo in ædem ſacram.

Peto ædiculam. *Te m'en uois en la chapelle.*) Nam Luteſtiæ in plæriſque gymnaſiis non ſunt templa, ſed ædiculæ: Id eſt Parua temp. a: que nonnulli ſacella vocant, Hinc dici ſolet in eiufmodi ſcholis, *Eſt in ſacello. Il eſt en la chapelle.*

Eſt in diui Martini ædicula. Il eſt en la chapelle ſainct

Martin.)Caue pro hoc dixeris, Capella: quod parnam capram significat.

¶ *Te uous prendre ma place en l'eglise.*

4

Eo captum in templo sedem.

Concedo in ædem sacram, ad locum occupandum.

Eo in templum, ut locum mihi eligam.

Eo capturus in templo sedem arbitrato meo. *Te m'en uois pour prenare place en l'eglise a ma fantasia.*

¶ *A. Te m'en uois a Paris. B. Dieu te doit bonne aduerture.*

5

A. A beo Lutetiam. B. Bene vertat.) Sub. Deus.

¶ *Te prens conge de uous.*

6

Cum tua venia discedo.

Heri discessi cum tua venia. *Te m'en alle hier avec uestre conge.*

¶ *A. Te m'en uois au pais. B. Va en la bonne heure.*

7

A. A beo in patriam. B. Vade bonis auibus. *Allez en la bonne heure.*

I sanè ducente Deo. *Or bien de par Dieu.*

Bene ambulato. *Va de par Dieu Plaut.*

Vade agè fausto sydere. *Or ua en la bonne heure. Dicitur etiam Secundis ventis: & Bonis auspiciis.*

Bene àmbula & redàmbula. *Va & reuien de par Dieu. Va & reuien en b nne sante. Plautus.*

Deus te ducat & reducat. *Dieu te meille conduire & raconduire.*

Te ducat Deus, & reducat oro. *Te prie a Dieu qu'il uous meille conduire & raconduire.*

Ducere, *Guider: c'est a dire conduire.*

Deducere, *conuoyer par honneur.*

Reducere, *Ramener ou raconduire.*

Deus bene vertat, quod agas.) Id est Id quod ages, vel Id quod vis agere. *Dieu te doit bonne fin de ton entreprinse: c'est a dire De ce que tu ueuls faire. Ex Terent.*

m.iiii.

Vulgus dicit, *Deus det tibi bonum finem de hoc quod intendis facere.*

¶ *Il conduist tousiours son maistre.* 8

Herum semper deducit.

Semper it comes domino.

Semper dominum comitatur.

Herum semper affectatur.

Affiduus est domini comes. vel affectator.

Ab eius latere nunquam discedit. *Il est tousiours aupres de luy.* Ex Cic.

¶ *Quãd il ua par la uille, il luy fault tousiours un seruiteur.* 9

Quando per vias incedit, semper vitur comite.

Varietas. Quando per vias incedit, Quoties per vicos incedit, Quotiescunque prodit in publicum.

¶ *Allons leans.* 10

Eamus intró. Concedamus intró.

Recipiamus nos intró. *Retirons nous au dedens.*

Introeamus.

Ingrediamur cubiculum. *Entrons en la chambre.*

¶ *Sortons de hors.* 11

Eamus foras. Exeamus.

Egrediamur.

Exeamus in aream. *Sortons en la court.*

Exeamus in hortum. *Sortons au iardin.*

Exeamus foras. vel,

Exeamus in vicum. *Sortons en la rue.*

Egr eff^{us} est in suburbâna. *Il est sorti es faulx bourgs. il est alle es faulx bourgs.*

Exiuit in suburbanum. *Il est alle en son iardin hors la uille*

¶ *Allons au deuant de luy.* 12

Prodeamus illi obuiam. Ex Cic.

¶ *Le regent est alle de hors: & Jehan est alle avec luy.* 13

Præceptor iuit foras: & Ioannes vnâ cum eo.) Sub. Iuit.

Profectus est foras cum Ioanne.

Egressus est Ioanne comite.

Exiit comitante Petro . *Il est sorti acompaigné de Pierre.*

Iuit spectatum comœdias. *Il est alle ueoir iouer des farces.* Id est Vt spectaret.

Varietas. Spectatum, Ad spectandum, Ad spectandas.

¶ *Allons nous deux en la court, pour porter du bois.* 14
Eamus vnà in aream, vt lignum feramus.) Area in ædibus vrbânis dicitur medium spatium vacuum intra parietes, *Vne court.*

In villa autem, spatium eiusmodi appellatur cors siue cohors, *Vne court aux chāps, la ou on nourrist de la volaille*
Villa, *Vne maison aux champs : que les ungs appellent une mestairie: les aultres, une ferme ou cense.*

Area maior, *La grand court.*

Area minor, *La petite court.* Hæc dici debent vbi duæ sunt areæ: vt in schola Nauarrana.

Area Mauberri: Vel Area Maubertina. *La place Maulbert a Paris.*

¶ *Allons nous pour mener.* 15

Eamus ambulatum.

Varietas. Ambulare, Deambulare, Expatiari. Terentius comice dixit Prodeambulare, ex tribus compositum.

Abiit ambulatum. *Il est alle a l'esbat se pour mener.*

Eamus ambulatum in peristylio. *Allons nous pour mener au cloistre.*

Hoc peristylium, peristylia.

¶ *Allons nous pour mener par maniere de passetemps.*
Pour nous recreer, pour nous esbatre. 16

Eamus ambulatum ànimi causa.

Varietas Animi causa. Oblectamenti gratia, Laxandi animi causa, Vt animum relaxemus, Vt animum remittamus.

Con sen ua coucher.

Itur cūbitum. Disceditur cubitum. 17

Cubatur. *On se couche.*

Iam cubitum est. *On est desia couché.*

Cil vont deux & deux.

Incedunt bini. Bini gradiuntur. 18

Va querir de l'eau.

I petitum aquam. I aqatum. 19

Istud facis inuidia mei.) Id est Odio & malcuolentia in me tua.

Tua in me maleuolentia istud facis. Pour malque tu me ueuls.

Varietas. Inuidia mei, Odio mei.

¶ Il luy est aduis qu'il me fait grand despit. 114

Credit, se mihi stómachum facere.

Varietas. Facere stómachum, Mouêre stómachum, Mouere bilem.

¶ Je uous feray bien postiquer. 115

Exercebo te, vt decet, nébulo.

¶ Il ne fait que poster: c'est a dire Troter & courir. 116

Semper cursitat. Nihil nisi discurret.

Nihil aliud quàm discursat.

Frequens est in cursitatiõne. Assiduè cursat.

Varietas. Frequens est, Assiduus est.

¶ *Son maistre le fait tousiours postiquer.* 117
 Herus fatigat illum multa discursatione.

¶ *Il n'a pas encore dîné. Il n'a pas encore souppé. Il n'a pas encore acheuê de dîner.* 118

Nondum finiuit prandium. Nondum cœnam finiuit.
 Adhuc prandet. Adhuc cœnat.
 Facit prandium, non qui prandet: sed ipse conuiuâtor.)

Id est Qui ad prandium vocauit.

Celebrant conuiuium ipsi contiuæ.

¶ *Il n'a point encore dîné.* 119

Nondum prandit. Nondum pransus est.

Est adhuc impransus. Nondum cœnauit.

Nondum cœnatus est. Adhuc est incœnatus.

¶ *J'en feray a mon pouoir. J'en feray du meulx que ie pourray. Je feray ce qu'il me sera possible.* 120

Faciam pro viribus, vel,

Quoad per vires mihi licebit.

Faciam quantum potero.

Curabo diligenter, quoad licebit.) Pro viribus, est quod dici solet, Secundum vires.

Quantum in me erit, faciam.

Faciam quantum in me situm erit. Je feray tout ce qui sera en moy.

¶ *Je feray tout ce que ie pourray pour auoir cela.* 121

Nihil intentarum relinquam, vt illud consequar.

Nullum non mouebo lapidem, vt illud adipiscar.) Id est
 Omnem mouebo lapidem, Omnia têtabo. Prouerbiû.

Vt eam rem mihi liceat assequi, nihil non experiar.) Id est
 Omnia experiar. J'essayeray tout ce qui me sera possible.

Experiar extrêma omniâ. Je me mettray a tous dâgers.)

Experiar omnia: Id est Nihil intentatum relinquam, vel nullum remedium inexpertum relinquam. J'essayeray tous remedes.

Virgilius, Nequid inexpertū frustra moritura relinquat.
 Varietas. Nihil intentatu relinquam, Nihil relinquam
 inexpertum, Omnia tentabo, Experiar omnia.

Cela fait ceta pour son plaisir.

112

Hoc fecit pro sua libidine.

Libidine ductus id fecit.

Hoc ille fecit animi causa. *Pour son plaisir, pour son esbat,
 pour son pas et temps.*

Cicero, Hic simiolus animi causa me, in quem inuheretur, delégerat.

Illud fecit, vt obsequeretur animo suo.

Hoc facit vt suæ morem gerat voluptati. *Il fait cecy pour
 son plaisir.*

Varietas. Vt suæ morem gerat voluptati, Vt libidini suæ
 satisficiat, Vt voluptatem explea. suam, Vt suæ libidini
 seruiat.

Hic simius, vel hæc simia, *Vng. singe.* A cuius animalis na-
 tura tractum est vt simia, vel simius pro eo dicatur
 qui studet quempiam imitari. vt Auli Gellii simia fuit
 Macrobius. Hoc est Eum æmulatus est. Eo igitur in lo-
 co Cicero ineptum quendam imitatore, simiolum
 per contemptum dixit.

*A. Pourquoi fais tu cecy? B. Pour mon plaisir, ou pour
 ce qu'il me plaist.*

113

A. Cur istud facis? B. Quia libet mihi.

Pro mea libidine. Sic libuit.) Sub. Mihi.

Sic libitum est animo.) Sub. Meo.

Libitum est: pro libuit. Plautus.

An non Latine dicitur, Placet mihi: Dicitur certe: sed ma-
 gis in alium sensum. Da exempla.

Quod fecisti, placet mihi.) Id est Tuum factum probo.

Placet mihi hæc sententia, Id est Hanc approbo senten-
 tiam, Sic sentio. *Te suis de ceste opinion.*

Quicquid facis, mihi placet.) Id est Me delectat. *Te prent*

P.I.

plaisir a tout ce que vous faites.

Facere placitum. vide sub titulo BENEFICIORVM.

¶ Je vous prie priuément, que vous me faciez ce plaisir.

114

Meo iure te hoc beneficium rogo.

Cicero, Pro hoc enim, qui minor est natu, meo iure tibi respondeo. *Priuément ie parle pour cestuy cy, qui est plus ieune que moy.*

Tuo iure rebus meis vtcre. *Seruez vous priuément de mes besongnes. Vsez priuément de ce que i'ay.*

Quicquid voles, pete à me familiariter. *Demande moy priuément tout ce que tu uouldras.*

¶ Le regent m'a fait ceste grace. Il m'a octroye cecy.

Hoc mihi concessit præceptor.

Hoc mihi à præceptore concessum est.

Hanc mihi didascalus veniam dedit. Ex Cicerone.

Hoc mihi indultum est à præceptore.

Da mihi hanc veniam. *Faites moy ceste grace.*

Dabis veniam, si placet, quòd te ad nostrum cibum quotidianum familiariter vocauerim. *Vous me pardonneriez si il vous plaist, de quoy ie uous ay appelle priuément a nostre ordinaire.*

Varietas. Dabis veniam, Ignosces.

Varietas. Ad nostrum cibum, Ad nostrum victum.

¶ Il fait pour moy, il tient bon pour moy, il est des miens, il est de mon party, il me soustient.

116

Mecum stat. Terentius, Donato interprete.

A me est.

A me stat.) Hoc est Meas partes cõstanter defendit. *Il soustient mon party. Il tient ferme pour moy. Il tient bon pour moy.*

Mihi fauet. Suffragatur mihi.

Studet mihi. Stat à meis partibus.

Accommodat mihi suffragium.) Hoc posteriore Donato

in Terentium vitur.

Stat à potentioribus. *Il se tient des plus fortz; C'est à dire
Du coste, ou du party, ou de la part des plus puissans.*

Varietas. A potentioribus, A potentiorum parte.

Facit mecum.) Id est Mecum sentit. *Il est de mon opinion.*

Adhæret meæ sententiæ. *Il se tient à mon opinion.*

Adhæreo, adhæres, adhæsi, adhærec, *Se tenir ferme à
quelque chose.*

¶ *Je fais pour luy.*

117

Fungor eius vice. Sum illi vicarius. Sum eius vicarius.

Fungor eius munere.) Id est Officio.

Ago partes illius.) Id est Eius officiū facio. *Je fais ce qu'il
doit faire.*

¶ *Tu feras aujourdhuy pour moy, & ie feray demain
pour toy.*

118

Hodie tu partes meas, cras ego tuas agam.

Hodie mihi vicarius eris, cras ego tibi.) Sub Ero vicarius.

Quintilianus, Paria faciemus: tu illic eris vicarius meus,
ego hîc tuus.) Sub. Ero vicarius.

Vicariam tibi ôperam in hunc diem præstabo: tu cras
mutuum reddes.) In hunc diem, *Pour aujourdhuy.*

Tu cras mutuum reddes. Tu feras demain autant pour
moy. Tu me rendras la pareille.

¶ *Il a fait leçon pour le regent de la premiere.*

119

Vicarius fuit primæ classis ductori.

¶ *Si tu ne le ueuls faire pourneant, à tout le moins fay
le pour argent.*

120

Sinon gratis, at precio.) Hoc est Si non vis gratis id facere,
saltem fac precio.

Terentius, Si non precio, at gratis.) At pro saltem: *À
moins, À tout le moins.*

¶ *Fay cela pour l'amour de moy. Fay moy ce plaisir.*

121

Dare ôbscero mihi.) Id est Hoc quæso mea causa facias.

Sic Budæus accipit.

Tua causa, *Pour toy, sine (vt vulgus loquitur) Pour l'amour de toy.*

Cælius Cic. lib. 8, Curio de suarum actionum cursu tua causa deflexit.) Id est Propter te.

¶ *Il fait beau temps.*

132

Serènum est cælum. Serènum est.) Sub. Cælum.

¶ *Voicy une belle iournee.*

133

Serènus est hic dies. Hæc lux serèna est.

¶ *S'il fait beau temps, par aventure que nous iouerons demain.*

134

Cras si serènum erit, fortassis ludemus.

Si differenabit, forsitan crâstino die fiet nobis ludendi copia.

Varietas. Si serènum erit, Si cælum erit serènum, Si differenabit, Si lux serèna fulserit, (Id est Fulgebit) Si serènum tempus erit, Si serènum & placidum erit. Posteriora duo sunt ex declamationibus Quintiliani.

¶ *Il fait grand chault.*

135

Æstus est nunc vâhementissimus.

Flagrat æstus. Feruet æstus.

Æstus est ardentissimus. Maximus est solis ardor.

Viget calor maximus.

Nunc maxime caletur. *On a fort grand chault maintenant.* Ex Plauto.

¶ *Il fait grand froit.*

136

Magna est nunc vis frigoris.

Frigus est maxime vâhemens.

Frigus est vâhementissimum.

Magno rigôre viget frigus.

¶ *Il fait bon ueoir cæla.*

137

Iucundum erat illud spectaculum.

Res erat spectanda.

Res erat visenda.) Id est Spectatu, aut visu digna.

Res sanè fuit spectatu iucundissima.

Res erat dignissima quæ spectaretur.

Vide quæso iucundum spectaculum. Or regarde ζ qu'il
fait bon ueoir cælu.

Erat admodum conspicuus. Il le faisoit bon ueoir.

Videris tibi admodum spectandus. Il t'est aduis qu'on te
uoit de bien loing.

¶ Il fait bon ouyr ce que tu dis. 138

Rem elegantem narras.

Rem auditu iucundissimam refers. Tu me comptes une
chose pl.usante a ouyr.

¶ Tu fais du bon escriuain. 139

Quasi verò inuas te bene scribere.) Hoc est Ita scriptu-
ram tuam ostentas: quasi velis significare, te esse scri-
bendi peritissimum.

Bene scribit. Il escrit bien.

Scite scribit.) Id est Eleganter. Il escrit mignonnement, ou
bragardement.

Scribit expeditè. Il escrit promptement, ou ligerement.

¶ Il fait du riche. 140

Est pecuniosus ostentator.

Ita nummos ostentat, quasi velit innuere, se esse pecu-
niosum.

Vt suas ostentat opes! Mon Dieu commēt il fait du riche!

Varietas. Pecuniosus, Opulentus, Lócuples, Bene num-
mâus.

Proprie tamen lócuples dicitur loci (Id est agri) plenus.

Vng homme qui est grãd terrien, qui ha plusieurs ter-
res & possessions.

Pecuniosus ostentator, vng homme qui se ueult m.mst rer
riche, & ne l'est pas. Ex Rhetóricis ad Herennium.

Plus ostentationis habet, quàm rei. Il fait plus ualoir le
quartier, quel aulne n'en uault.

¶ Fay luy comme il t'a faict. ou Fay luy comme il te fait.

Rends luy la pareille.

Par pari referto.

Repone illi iniuriam.

Malum profectò confilium, neque vnquam ab hómine
Christiáno audiédum. Nam si bonum pro malo red-
dere Christiana charitate iubemur : quid illo fiet, qui
malum malo, iniuriam iniuria compenfarit:

¶ *Te te rendray le plaisir.*

142

Referam tibi gratiam.

Parem tibi gratiam referam. *Te te rendray la pareille.*)

Hæc in vtranque partem dici solent: Hoc est Tam in
bonam, quàm in malam. *Tant en bien, comme en mal.*

Quid autem intersit inter Agere gratias, Habere gra-
tiam, & Referre gratiam, patet exemplis sequentibus.

Ago tibi gratias. *Te uous remercie.*

Gratias ago tibi maximas. *Te uous remercie tres grande-
ment.*

Habeo tibi gratiam. *Te uous en scay bon gre.*

Gratiam habeo tibi maximam. *Te uous en scay tres bon gre
C'est a dire Te m'en repute grandement tenu a uous.*

Referam tibi gratiam. *Te uous rendray le plaisir.*

Gratiam tibi duplicatam referam. vel,

Tibi gratiam réferam, eamque duplicatam. *Te uous ren-
dray le plaisir au double.*) Vides hæc omnia ex Gallico
sermone manifeste discerni.

¶ *Il fait comme il a de coustume.*

143

Suo more facit.

Virur sua consuetudine. Cælius ad Ciceronem.

A suo more non discêdit.

Vt suus est mos, ita facit.

Morem suum semper tuetur.) Id est Tenet, obseruat.

Nihil præter morem facit.

Non abhorret à sua ipsius consuetudine.

Sui semper est similis. *Il n'est encore de rien changé. Il est
tou siours tout unq.*

*Ç'ay fait comme i'ay peu. I'ay fait du mieulx que
i'ay peu.* 144

Ut potui feci.

Quod potui præstiti.

Nihil equidem, quod in me fuerit, prætermisſi.

Nihil à me, quod quidem potuerim, prætermiſſum
eſt.

Pro viribus elaboravi.

Quod potui, feci.

Feci quantum licuit.) Id eſt Quantum potui facere.

Rem curavi quam optimè potui. *I'en ay fait du mieulx
que i'ay peu.*

Te defendi quoad potui.) Id eſt Quantum potui. *Je uous
ay ſouſtenu & defendu en tant qu'il ma eſte poſſible.*

*Ç'ay comme tu uouldras. Fay comme tu l'en-
tens.* 145

Iudicio tuo rem totam permitto.

*Agè, vt libet Bien de par Dieu, a uoſtre plaisir. Faites ainſi
que uous l'entendres, uous eſtes bon & ſage.*

De hoc vt ere iudicio tuo: nihil enim impedio. Ex Cic.

De hac re fac tuo arbitrato.) De hoc & de hac re: id eſt

Quod ad hanc rem pertinet. *Touchant cecy, ou cela.*

Varietas. Iudicium, Arbitrium: Arbitratus, huius ar-
bitratus.

*Agè, hîc aduerbium eſt agrè conſentiētis. D'ung homme
qui ſe conſent a ung aultre, quand il ne luy peut plus re-
ſiſter ne contredire.*

Tu fac, vt tibi opus eſt facto. *Fay ainſi que tu as a faire.*

Omnia refero ad ſapientiſſimum iudicium tuum. *Je me
rapporte dutout a uoſtre bon iugement.*) Hoc in laudem
eius dicitur, quem alloquimur.

Quid de hac re ſentias, tui iudicii eſt. *De cecy je me rap-
porte a uoſtre iugement.*

Cicero, Optimus quiſque vir, & cinis ſequitur iudicium
p.iii.

tuum. Tout homme de bien, & tout citoyen suit vostre iugement: C'est a dire Tient vostre opinion. Cicero ad Brutum.

¶ Je feray demain rabiller mon pourpoint. 146

Curabo cras resarciendum thoracem meum.

Cura tibialia tua resarcienda. Fay rabiller tes chaulces.

¶ Il luy ay fait sa veste. 147

Ornavi illum ex suis virtutibus.) Id est Vt meruerat. Je l'ay acoustre comme il luy appartenoit, ainsi qu'il avoit merité. Ex Terentio.

Illum probè vltus sum) Id est Puniui.

Hoc, vt sepe admonuimus, neque fieri, neque dici à nobis debet. Quòd si etiam inimicum tuum suadente diabolo vltus tueris, non tamen debes id iactitare: ne de illorum numero habere, Qui lætantur cum malè fecerint: & exultant in rebus pessimis.

Aduersariis tuis constantissimè répitit.

Inimicos tuos prorsus fregit. Il a bien fait la veste a tes aduersaires, ou ennemis. Il a mis tes ennemis au bas.

De Faare vestam, vide plura sub titulo MINANDI.

¶ Faites la reuerence. Faites le petit. 148

Flecte genu. Incúrva pòplitem.

Hic poples, inuis pòplius, t eiarret.

¶ Montre & ce que vous scaue & faire. Qu'on uoye que vous scaue & faire de vostre mestier. Qu'on uoye de vostre ouurage. 149

Fac tui experimentum.

Proba opere tuam professionem.

Ede aliquod tuæ professionis exemplum.

Ede spécimen aliquod artis tuæ.) Est apud Virgilium,

Tale dabit spécimen: Id est Edet.

¶ Il a fait son apprentissage. 150

Rudimentum posuit. Fecit tyrocinium.

¶ Il n'a pas encore fait son apprentissage. Il est encore

apprentif.

151

Adhuc tyrocinium facit. Nondum fecit tyrocinium. Nondum posuit rudimentum.) Propriè tamen tyrocinium dicitur in re militari.

Adhuc tyrocinium facit. *Il est encore page.*

Nondum tyrocinium fecit. *Il n'est pas encore hors de page.*

Tyrocinium fecit. vel,

E tyronibus excessit. *Il est hors de page.*) De his intelligo, qui rudes adhuc & nouitii in tractandis armis exercentur, siue apud regem, siue apud alium principem.

Hi enim propriè tyrones dicuntur.

Seruus affecla, vel puer affecla, *ung page.*

Est puer affecla regius. *Il est page chez le roy.*

Est ephêbus honorarius. *Il est page d'honneur.* Sic Budæus loqui solet.

¶ Il a fait son chef d'euure.

152

Artis suæ spécimen édedit,

Edidit suæ professionis exemplum.

Initium dedit opificii.

Artis suæ præclarum spécimen édedit. *Il a fait un beau chef d'euure.*

Est initium opificii. *c'est un chef d'euure.*) Sic appellat Budæus. Cui permulta huiusce commentarioli nostri libenter & ingenuè férimus accepta, eique literarum nomine plurimum fatèmur debere. Atque vtinam per otium nobis licuisset heróicas illas eius lucubrations diligentiùs lectitare. essent enim, satis scio, plurima in hoc opusculo & rectius & accuratius emendata.

¶ Si tu ueuls faire cela, depeche toy.

153

Hoc si es facturus, accétera.

Hoc si decreueris, matura.

¶ Nous auons fait saillir un chat par la fenestre. 154

Felem de fenestra deturbauimus.

Fenestella, *Vne petite fenestre.*

. *¶ Il ma fait signe du doigt.*

155

Innuat mihi digito.

¶ Il ma fait signe de la teste, que ie m'en allasse.

156

Annuit mihi vt abirem.

Varietas. Vt abirem, Vt discederem.

¶ Faisons trestous fort, i qui yra querir de l'eau.

157

Sortiamur, quis eat aquam petítum.

Varietas. Quis eat aquam petítum, Quis eat aquatum,

Quis aquam petat.

¶ Faisons fort a q u i l'aura de nous deux.

158

Sortiamur, vter nostrum habeat.) Id est Habere debeat:

Sub. Hoc vel illud, vel istud.

Sortiamur, vter prior propònat.) Sub. *Quæstionem. A qui fera la premiere question de nous deux.*

*¶ Faisons fort de nous deux, qui reparera en sa-
le.*

159

Sortiamur, vter nostrum in triclinio pronuntiabit.

Vter, de duobus dicitur: Quis, de pluribus.

Nescio vter nostru sit fortior. *Je ne scay lequel est le plus
fort de nous deux.*

Virgilius, Fortes inuertant tauri.

Varietas. Fortior, Robustior, Valétior, aut Corpore valétior.) Propriè tamen Fortis ad animum refertur. *Vng
homme uillant, magnanimè, de grand courage.*

Robur corporis, aut vires corporis, Force corporelle, force
de corps.

Fortitudo, *Vaillãce, noble cueur, grand courage d'homme.*

Varietas. Fortitudo, Virtus.

Eam famã sua virtute adeptus est, vt eius memoria semper
futura sit. *Par sa uillant, il a acquis ung tel bruit
& gloire, qu'il sera memoire deluy a tout iamais.)*
Eam pro talem.

Vter vestrũ est robustior? *Lequel de nous deux est le plus*

fort.

Nescio vtrum faciam.) Id est Facere debeam. *Je ne scay lequel ie doy faire des deux.*

Nescio vtrum capiam.) Id est Eligam. *Je ne scay lequel des deux ie doy prendre: c'est a dire choisir.*

Vide quis egrediatur. *Regarde qui c'est qui sort.*

Nescio quis sit vestrae classis doctissimus. *Je ne scay lequel est le plus scauant de vostre reigle.*

Quis ex vestra classe est doctissimus? *Lequel est le plus scauant de vostre reigle?* Legitur & quis dictum de duobus. *Ar pueros puro sermoni decet assuescere.*

¶ *Il a fait folie.*

160

Stultè fecit. *Il a fait folie. Il a fait que fol.*

Stultè id facis. *c'est folie a toy de faire cela.*

Stultè fecisti, qui tanti istud emeris. *Tu as fait que fol, d'a voir achete cela si cher.*

¶ *Il a fait double folie.*

161

Bis stultè fecit. *Il a fait double folie.*

¶ *O que tu as fait grande folie!*

162

O facinus audax!) Id est Temerarium factum. Terentius.

O indignum facinus! *O que c'est meschamment fait!* Terent.

O factum male! *O que c'est mal fait!* Catullus.

¶ *Il m'a fait le crochet.*

163

Implicuit mihi crus, vt me prosterneret.

Implicito crure me prostrauit.

Implicuit me crure suo,

Tibia, *L'os de la iambe.*

Hoc crus, cruris, *La iambe, c'est a scauoir depuis le genou, iusques au talon.*

Sublato crure, *La iambe leuee. vt,*

Sublato crure canes vrinam reddunt.) Sic loquitur Plinius, vbi de leonibus.

¶ *Tu m'as fait grand peur.*

164

Magnum timorem incussisti mihi.

Magno terrore me perculisti.

Percello, percellis, perculi, perculsum.

Me perterruiſti. Tu m'as tout eſpouenté.

Varietas. Incuſſiſti, Inieciſti.

¶ Il fait tout ce qu'un bon enfant doit faire. Il fait tout
comme un bon enfant. 165

Exéquitur omnia probi adoleſcentis officia.

Liberâ. is adoleſcentuli officio fungitur.

¶ Il fait tout pour le bien commun. 166

Eſt in rem communem quicquid facit.

Públicis omnino commodis ſtudet.

Nihil non facit rei públicæ cauſa.

Ad commûnem vtilitatem omnia referre ſolet.

Præter públicum nihil curat.

Omnia confert ad rei públicæ vtilitatem.

¶ J'ay tout fait moy ſeul. 167

Solus totum confeci negotium.

Non ſolum vnum actum, ſed totam fabulam confeci.)

Hoc de re quapiam magna dicendum eſt. Et eſt trans-
latio à comœdiis & tragœdiis, quæ in cinqüe actus di-
uiſæ ſunt. Ex Cicerone.

¶ Il eſt alle tout fin ſeul. 168

Omnino ſolus profectus eſt.

¶ J'ay fait tout ce qu'on m'a baille en taſche. Tout ce
qu'on m'a baille à faire. 169

Penſum meum quo ï datum eſt confeci. Plautus.

Absolui penſum meum. J'ay fait ma taſche.

¶ Acquieſte toy de ce que tu dois faire. 170

Perſolue penſum tui ôperis.

¶ Je mettray peine de faire ma taſche gaillarde-
ment. 171

Ego penſum meum lepidè accurabo. Plautus.

¶ Retourne à voſtre taſche: c'eſt à dire à ce que vous
auez à faire. 172

Réuoca teipsum ad munus & pensum tuum. Ex Cic.

Ad opus inasitutum reuértere.

Opus intermissum répete.

Il font l'ung pour l'autre.

173

Tradunt operas mutuas. Illi paria faciunt.

Ceste chair icy s'empuantist.

174

Hæc iam caro verminat.) Id est Vermes contrahit.

Hæc carnes iam vermiculantur.

Corrumpitur hæc caro. *Ceste chair se gaste.*

Prandium corrumpitur. *Le disner se gaste.*

A. Veuls tu estre semmeliste? B. ie le uould roye bien: mais ie feray la uolunte de mon pere.

175

A. Vis dialécticæ operam dare? B. Vellem quidem: sed hoc ad patris arbitriū refero. De cæcy ie m'en rapporte a mon pere.

Varietas. Hoc ad patris arbitrium refero, Patris in hac re iudicium sequar, Hac in re obsequar patri, De hoc viderit pater, In hoc assentiar paternæ voluntati, Quod mihi de hac re consilium dederit pater, id sequar.

Varietas. Vis dialécticæ operam dare? Vis ad dialécticen hoc annote conferre?

Tu videris, Ille viderit, Vos videritis, Illi viderint: Id est Tuum, vel illius, vel vestrum, vel illorum sit iudicium. *Ie m'en rapporte a toy, Ie m'en rapporte a luy, &c.*

Fortúnæ vtrius-

QVE.

CAP. XXIX.

Je essayeray fortune.

1

Fortunam expériar.

Periclitabor fortunam.

Fortunæ periculo meipsum obiiciam.

Meipsum fortunæ committam.

Adibo fortunæ periculum. *J'essayeray la fortune. Je me mettray à l'adventure. Je me mettray au hasard.*

Tentanda est fortuna. vel,

Experienda est alea. *Il fault essayer la fortune. Il se fault mettre au hasard.*

Periclitabor ingenii vires. *J'essayeray la portee de mon esprit.*

¶ *Tu es bien heuroux, pource que tu ne fus iamais malade.*

Fortunatus qui nunquam ægrotaueris.) Fortunatus.

Sub. Es.

Varietas. Fortunatus, Fœlix.

¶ *O que tu es bien heuroux, pource que tu ne fus iamais malade!*

○ fortunâte, qui nunquam ægrotaueris!

○ nimium fœlix, qui nunquã aduersa fueris valetudine!

○ fortunate, nescis quid mali præterieris, qui nunquam morbum sensisti!

¶ *Tu es heuroux à gagner.*

Tu fœlix es lucro.

Virgilius, Fœlix prole virum.

Fortuna tibi in lucro fauet.

¶ *Tu gagnes tout ce que tu ueuls.*

Semper tibi lucrum suppetit.) Id est Abundat. Ex Plauto.

Tibi est fautor Mercurius.) Prouerbiale est. Nam apud poetas Mercurius fingitur lucris fauere.

Lucrû tibi perenne suppetit. *Tu gagnes tousiours. Vtrunque ex Plauto.*

Hic & hæc perennis, & hoc perenne.

Supputemus lucrum. *Comptons nostre gaing. Comptons la gaigne.*

¶ Il est bien heureux, d'auoir trouue si bon regent. 6

Fœlix est tanto præceptore.

Præclarè cum illo actum est : quòd tam bonum præceptorem nactus sit.

Fœlicissimus est, cui doctor ex animi sententia cõtigerit.

¶ Tout va bien. Tout se porte bien. 7

Omnis res est in tuto. Omnis in tranquillo res est.

Res est in portu. Prouerbium.

Salua res est. Bene res est.

Bene est.) Sub. Res.

Bene habet.) Sub. Se res.

Bene res habet) Sub. Sc. Bene se res habet.

Omnis res est in vado.) Et hoc prouerbiale est. Tutus enim est, quisquis est in vado: Id est In aqua breuissima.

Nam id significat vadum. *Vne caue qui se peult passer a gue, ou a pied.*

Séquana vado transiri non potest. *La riuiera de Seine ne se peult passer a gue.*

¶ Je suis content. J'ay ce que ie uouloye. 8

Hoc vno contentus sum.) Id est Hoc mihi sũfficit.

Hoc satis est mihi.

Factus sum voti compos. *J'ay ce que ie demandoye.*

Habes tota quod mente pe. isti. *Tu as ce que tu demandois si affectueusement. Virgilius.*

¶ Cecy uient bien a point. cecy est bien uenu a propos. cecy est bien escheut. 9

Hoc est maxime opportunum.

Bene id cõtigit. Pulchrè hoc accidit.

Bene hæc res cecidit. Opportunè id cecidit.

Nihil potuit commodius euenire.

Nihil magis opportunum.) Sub. Est, vel Esse potest.

¶ Cecy uiet mal a point. cela est mal arriué, mal uenu, mal escheut, mal aduenu. 10

Malè hoc cecidit. Illud pessimè accidit.

Sperabam, me inuenturū in hac vrbe conditionem: verum res longe aliter euēnit ac putabā.) Id est Quam putabam.) Hoc est Væhementer falsus sum expectatione mea. *Je m'attendoye de trouver party en ceste ville: mais il est bien aduenu aultrement que ie ne cuidoye: c'est a dire J'ay bien este abuse de mon attente.*

¶ Je suis assully de toutes pars. Je suis pressé de tous costez. Je suis fort enserré. 11

Vndique circunuallor.

Circunuallant me molestiæ.

Circundor aduersis rebus.

Vndique premor angoribus.

Opprimor aduersis.

Aduersa, aduersorum, absolutè: pro Aduersis rebus.

Conficior ex omni parte angoribus. Cicero.

Vndique sunt mihi angustia.

Implicatus sum molestiis, vel, implicitus.

Sum in arctissimis angustis. *Je suis en grand destresse.*

Cicero, Etsi egeo rebus omnibus, quod is quoque in angustis es, qui cum sumus.

Nibil fingi potest mali, quo non vrgear. *Il n'est malheur qui ne me presse, qui ne me suyue.*

¶ Il est en grand danger de sa vie. Il est en danger de mort. 12

Eius quidem in dubio est vita. Ex Terentio.

Periclitatur vita eius.

In magno vitæ discrimine versatur.

De capite in dubium venit.) Id est De vita. Sed hoc potius ad capitale crimen, quam ad morbum, pertinet.

Varietas. In dubio est, In periculo, In discrimine.

Gáudii & dolo-

R I S.

CAP. XXX.

- ¶** *Je suis bien ioyeux. Je suis fort resjoy.* 1
 Gaudeo vāhementer.
 Lætitia totus gestio.
 Præ gaudio vix sum apud me. *Je suis tout ravy de ioye.*
¶ *Je suis si ioyeux, que ie ne scay que ie fais.* 2
 Diffundor omnibus gaudiis. Ex Plauto.
 Differor lætitia. *Je suis si ioyeux, que ie pers contenance*
 Ex Plauto.
 Contrā Terentius dixit, Differor doloribus: Id est Dis-
 trahor, discrucior, distorqueor, & quasi dilator in va-
 rios dolores.
¶ *Je suis bien resjoy d'ouyr cecy.* 3
 Libenter istud audio.) Quod scilicet dicis.
 Lætus istud audio.
 Rem mihi narra: iucundissimam.
 Istud audio cum summa voluptate.
 Rosas loqueris.) Id est Verba gratissima. Prouerbiū est.
 Magnam mihi nuncias voluptatem.
 Iucundum mihi est, istud audire.
 Iucunda mihi nuncias. *Tu me dis plaisantes nouvelles.*
 Varietas. Libenter, Perlibenter, Libens. Nomen pro ad-
 uerbio.
 Antiqua sunt, Lubet, Lubens, & Lubeter: pro Libet, Libés,
 Libenter.
¶ *Il est bien ioyeux: ie ne scay qu'il ha.* 4
 Elatus est lætitia: nescio quid sit.
 Totus lætitia gestit: nescio quā mobrem.

Lætus est, nescio quid.) Id est Ob nescio quam rem. Terentius.

¶ *O que tu es fier, dequoy tes parens sont uenuz du pais!*

O quàm elatus es gaudio: propterea quòd propinqui tui aduenérunt!

¶ *Il m'a fait bien ioyeux. il m'a fait bien aise.* 6

Incredibili gaudio me affecit.

Me vèhementer exhilarauit.

Omni gaudio expleuit animum meum. *il m'a saoult de ioye.* Ex Terentio.

Magnòpere me delectauit.

Me totum lætitia perfudit.

Mirificam mihi attulit voluptatem.

Magnam suo aduentu mihi lætitiã obtulit. *A sa uenue il m'a tout resioy.*

Explebo te gaudio. vel,

Explebo animum tuum gaudio. *Je te saouleray de ioye.*

Recordatione tui me explere nequeo. *Je ne me puis saouler de penser a vous: c'est a dire De vous reduire en memoire.*

¶ *Il saulte, il danse, il fait gambades.* 7

Salit, saltat circumfilit.

¶ *Cela est bien escheut.* 8

Opportunè cecidit.

Illud perquam venustè cecidit.

Vide alias formulas superiore capite.

¶ *O que cela est bien escheut! O qu'il est bien employe!* 9

O factum bene!

O quàm venustè id cecidit!

Quàm bellè id accidit!

Hæc dici solent in lætitiã aliënæ misériæ. Quod tamen abhorret à Christiana charitate. Potius enim, atque ad eò ex animo dicere debes, Doleo certè vicem eius.

Dolet profecto mihi illius fortuna.

¶ *Bon bon: nous n'auons point de matiere.*

10

O factum bene: non habemus thema.

Euge, nullum est nobis thema propositum.

Bene est, non datum est nobis thema.

Varietas. O factum bene, Bene est, Bene habet, Bene res habet, Bene se res habet, Præclare nobiscū actum est.

Thema, & scribendi argumentum, idem,) Hoc thema, thematis.

¶ *Il pleure & crie de son pere qui est mort.*

11

Mortuum patrem lamentatur.

Parentem vita functum deflet.

Defunctum patrem deplorat.

¶ *Il fait le dueil de sa mere qui est morte.*

12

Matrem vita defunctam luget.

Mortem suam lugeri vetuit. Il a defendu qu'on ne face point de dueil pour luy. Ex Valerio.

¶ *Pierre fait le dueil.*

13

Petrus luget. Petrus in luctu est.

Hic luctus, huius luctus, Le dueil qu'on fait pour quelque trespasse.

¶ *Il ha ses habillemens de dueil. Il porte le dueil.*

14

Insignitus est veste lugubri.

Atratus est.

Pullatus est.) Id est Pullis vestibus indutus.

Pullus, pulla, pullum: Id est Nigri coloris.

¶ *Ne sois plus triste, dolent, desplaisant.*

15

Omitte tristitiam. Désine tristari.

Terentius, Omitte iracundiam,

Ne lacryma. Ne pleure point.

¶ *Qu'has tu?*

16

Quid tu es tristis? Qua de re tristitiam habes?

Quid ita es tristi vultu?

Cur te moestum conspicio?

Curpræ tefers mœrorem?

Qua de re mœstus es: Dequoy estes uous melancholié:

¶ *Uesuis marry a moymesme.*

17

Mihi ipse succensco.

¶ *Ue me desflaus a moymesme.*

18

Mihimet displiceo.

Totus displiceo mihi.

¶ *Uil me semble que tu es tout troublé.*

19

Conturbatus esse mihi vidêris) Id est Valde turbatus.

Varietas. Conturbatus, Perturbatus, Omnino turbatus.

¶ *Ucertes i'auoye ung bel oyseau qui reuenoit a la sonnette, mais le chat la mangé.*

20

Erat mihi in deliciis auícula, quæ crepitâculo reuocata veniebat: sed (me miserum) felis eam deuorauit.

Varietas. Deuorauit, Absumpfit.

Venatores cornu canes éuocant. *Les chasseurs appellent leurs chiens au cornet.*

Plinius, Ter fistula euocati, veniunt ad augurium.

Ad grammátices Rudimēta pertinētes formulæ.

C A P. XXXI.

¶ *A. Poeta quelle partie d'oraison est ce? B. C' est ung nō. 1*

A. Poeta quæ pars oratiōnis ést? B. Nomen.) Non enim est aliquid partis: Id est De parte: sed est pars ipsa integra orationis.

Poeta quæ pars?) Sub. Oratiōnis est.

In eiusmodi interrogatiúculis, facile quidem subauditur verbum e s t: sed quia vltima syllaba in interrogatione acúto profertur -accentu, malim interrogationem desinere in monosyllabum, quàm in polysyllabú, cuius

pœnultima longa sit: quale est ORATIONIS. Nam si puer sic semper interroget, Quæ pars orationis: consuetudinem paulatim faciet, ut ubique pronunciet correpta pœnultima has voces, ORATIONIS, ORATIONI, ORATIONEM, similiaque in hunc modum: ut declinationis, dictionis, significationis, substantiuum, adiectiuum, potestatis, figuræ, personæ. Quo quid esse potest absurdius? Malo igitur sic interrogare,

Quæ pars orationis est?

Cuius figuræ est?

Quotæ personæ est? quàm sic,

Quæ pars orationis?

Cuius figuræ? Quotæ personæ?

Hinc Donatus ait in rudimentis, Partes orationis quot sunt?

Vbi autem fuerit dictio dissyllaba, aut polysyllaba pœnultima breui, nullum erit periculum. ut,

Cuius modi? Cuius generis? Cuius numerus?

De his curiosius admonendum putavi, ne tenella ingenia hoc vitio imbuantur, ut passim breues pro longis sonent. Quod vitium (ut res ipsa docet) in robustam quoque ætatem perdurare solet.

Est ce un substãtif, ou adiectif? Est ce ungerbe personel, ou impersonel?

Substantiuum, an adiectiuum est? Sub. Hoc nomen.

Personale hoc verbum, an impersonale est?

Amo, utrum personale, an impersonale est? *Lequel est il des deulx, ou personel, ou impersonel?*

A. De quel nombre? B. De singulier.

A. De quel cas? B. Du nominatif.

A. Cuius numeri? B. Singularis.

A. Cuius casus? B. Nominatiui.) Nam in responsione frustra repetitur, quicquid facile intelligitur ex interrogatione.

- ¶ A. Amans de quelle signification est il? B. Actiue. A. Amatus? B. passiuue. A. Loquens? B. Depositiue. 4
- A. Amans cuius significationis est? B. Actiuæ. A. Amatus? B. Passiuæ. A. Loquens? B. Deponentis.
- ¶ A. De quelle puissance est elle? B. Copulatiue, Disiunctiue, Expletiuue. 5
- A. Cuius potestatis est? B. Copulatiuæ, Disiunctiuæ, Expletiuæ.
- ¶ A. Auriga de quel genre est il? B. De commun genre. 6
- A. Auriga cuius generis? B. Communis.
- ¶ A. Bonus de quel genre est il? B. De masculin. 7
- A. Bonus cuius generis? B. Masculini: bona, foeminini: bonum, neutri.) Neutri, est dictio trium syllabarum. Sic neuter, neutra, neutrum. Vitiose proferuntur per eu diphthogum: quam, teste Prisciano, nulla recipit Latina dictio, præter heus & heu.
- ¶ A. Dulcis de quel genre est il? B. De commun genre. 8
- A. Dulcis cuius generis? B. Communis: dulce, neutri: vt hic & hæc dulcis, & hoc dulce.
- ¶ Sermo comment fait il son genitif? 9
- Sermo quem genitiuum habet.
- ¶ Amo amas comment fait il son preterit? 10
- Amo amas quod præteritum habet?
- Quid habet in præterito?
- Quod præteritum facit?
- ¶ Quant est du preterit, il tient la reigle: quant au supin, si en est excepte. 11
- De præterito, regulam sequitur: de supino, excipitur.) De præterito & de supino: Id est Quod ad præteritum, vel ad supinum pertinet. Touchant le preterit, &c.
- Varietas. Regulam sequitur, Tenet regulam, Seruat regulam, Sub regulam cadit.) Regulam in hac significatione fere semper dicunt veteres gramatici: vt Donà

tus, Seruius, Diomedes, Priscianus. Ipse quoque Macrobius aliquoties utitur. Græcè autem canon dicitur.

Aufonius, Is demum excessit Grammaticos cánonas.) Id est Grammaticorum regulas. Dicitur & præceptum, & præceptio.

¶ A. Donne *æulx qui se comparent.* B. *Vt docte, doctius, doctissime uel doctissimum.* 12

A. Da comparandi. B. *Vt docte, doctius, doctissimè.*) Sic in cæteris aduerbiis superlatiui gradus. Quis enim (nisi fortè poeticè, ut sit nomen pro aduerbio) legit vnquã talia?

Excipiuntur tamen páucula: ut potissimùm (non potissimè) plurimùm (non plurime) minimùm & minimè: sed in sensu diuerso.

Primùm verò, vltimùm, postremùm, supremùm, & si qua sunt eiusmodi, aduerbia sunt ordinis.

Quòd autem apud Ciceronè legitur **POTISSIME**, id rarius est, quàm ut in exemplú trahi debeat: ac fortasse legendum est **PROMPTISIME**: Id est Præfenti paratòque animo. Libro 3. epistolarum ad Atticum, epistola 21, cuius principium est, **TRIGINTA** dies.

¶ A. *Decline Roma.* B. *Nominatiuo hæc Roma, genitiuo huius Romæ, & ainsi des aultres. Il n'ha point de pluriel.* 13

A. Declina Roma. B. Nominatiuo hæc Roma, genitiuo huius Romæ, datiuo huic Romæ, accusatiuo hanc Romam, vocatiuo ô Roma, ablatiui ab hac Roma. Pluraliter non declinatur.

Varietas. Pluraliter non declinatur, Sine plurali, Plurali caret.) Sub. Número.

¶ A. *Combien y a il de genres de noms?* B. Sept. A. *Qui sont ilz?* 14

A. Genera nominum quot sunt? B. Septem. A. *Quæ?* q.iiii.

Sub.Sunt.

SCILICET non est interrogatiuum: sed alium habet vsum.

Qui sont les meus? B. L'indicatif, l'imperatif, l'optatif, le conionctif, & l'infinif. 15

A. Modi qui sunt: B. Indicatiuus, imperatiuus, optatiuus, coniuñctiuus, & infinitiuus.

A. Cur talia reprehendis: B. Quia vitiose proferendo, mille facis barbarissimos.

Barbarissimus quid est: Dicitio corrupta, vel sono, vel scriptura.

Quomodo fit sono barbarissimus: Male pronuciando. Vt cum profers docere, pro docere: legerunt, pro legerrunt: lecturus, pro lecturus: praeterito, pro praeterito: abeo abes, pro habeo habes: omo, pro homo: odio odis, pro audio audis: godium, pro gaudiu: & sexcenta eiusmodi.

Barbarissimus quomodo scriptura fit: Vitiose scribendo: vt cum scribis magistron, pro magistrum: audiates, pro audientes: Therentius pro Terentius: & alia prope modum innumera.

Est etiam barbarissimus, dicitio barbara, pro Latina: vt Portionista, pro conuictore.

Discite quaso pueri recte loqui, recteque scribere: curate vt a vobis absit illa barbarissimi, & solœcismi foeditas.

De solœcismo supra dictum est, sub capite **DISPV-
TANDI.**

Perlego est compositum de per & lego. 16

Perlego componitur ex **P E R** & **L E G O.**

Perlego componitur ex duobus integris: praepositione **P E R**, & verbo lego, legis.

Intelligo componitur ex duobus corruptis, intel, pro inter: & ligo, pro lego.

Ce l'ay ouy dire a Iehan, 17

Ab Ioanne accipi.) Cur dicis AB potius,quàm A?

Quia in nomine IOANNES, I non est consonans, sed vocalis: ideóque AB, illi, non A, præponitur.

Quid ita? Nam dictiónibus incipientibus à vocali, præpositio A nunquam iungitur.

Sic, ab Iacóbo, ab Hierónymo.

Distingue syllabas horum nominum Ioannes, Iacobus, Hierónymus. I, o, an, nes. I, a, co, bus. Hi, e, ro, ny, mus.

☞ Hay, *oste toy de mon lieu.* 18

Heus tu, cede loco meo.

☞ Hay, *uien ca.* 19

Heus tu, accède.

Varietas. Accède, Huc accède, Huc ades, Huc ad me veni.

Abûsus in quibusdam verborum
accidentibus.) Hoc caput, est
particula superioris.

☞ A. *Ou uend on de bon uin?* B. *A l'enseigne saint Nicolas.* 20

A. Vbi venditur bonum vinum? vel,

Vbi vxnâle est bonum vinum? B. Ad signum diui Nicolái.) Id est In ea domo, cui signum est imago diui Nicolái.

A. Cur non rectè dicitur, Vbi vendunt? B. Quia verbum personâle ponitur hîc absque nominatiuo: qui nec potest honestè subaudiri.

Sexcenta sunt eiusmodi in puerili sermone, in quibus aut verbo impersonâli, aut passiuo vtendum est: vt, *Quid faciunt?* pro, *Quid fit?* *Quid agitur?* *Prædent,* *Cœnant,* *Ludunt:* pro, *Prandêtur,* *Cœnatur,* *Lúditur.*

Aut addendus est aliquis nominatiuus: vt, *Quid faciunt pueri?*

In paucis subauditur nominatiuus: vt, *Aiunt, On le dit.* Et in tali genere loquendi, quale est hoc,

Arant bobus in Italia.) Id est Itali bobus arant: vel, *Arantur bobus in Italia. En Italie on laboure avec les beufs.*

Quod genus elocutionis frequens est apud Plinium.

¶ *On a desja baille le pain.*

21

Iam distributus est panis.

Iam panis diuisus est.

¶ *A. Que fait omb. On ioue.*

22

A. Quid fit?

Quid agitur? *Que fait om*

Quid faciunt pueri? *Que font les enfans?*

Quid fit à pueris? B. *Luditur, On ioue.*

Cantatur, *On chante.* Quod ineptè dicitur, *Faciunt de cantu.*

Itur ad sacrum. *On ua a la messe.*

Varietas. Ad sacrum, Ad sacrificium, Ad rem diuinam.

Fit sacrum, Fit res diuina, Fit sacrificium, *On dit la messe.*

Reditur à sacro, *On reuient de la messe.*

Itur ad vespertinas.) Sub. Laudes vel preces, *On ua a uespres.*

Canuntur vespertinæ, *On dit uespres.*

Reditur à vespertinis, *On reuient de uespres.*

Itur ad matutinas.) Sub. Preces, aut laudes. *On ua a matines.*

Canuntur matutinæ, *On dit matines.*

Reditum est à matutinis, *On est reuenu de matines.*

Vacatur prælectionibus, *On fait les lectures.*

Disputatur, *On fait questions.*

Iam fiunt exactiões, *On fait desja reparaisons.*

Discéditur in cubícula, *On se retire es chambres.*

¶ *On est alle a la premiere messe.*

23

Itum est ad prius sacrificium.

¶ *On est alle a la grand messe.*

24

Itum est ad posterius sacrificium.

Itum est, *On est alle.*

Reditum est, *On est reuenu.*

Confera auiourdhuy du chant en lieu de leçon. 25

Hodie cantabitur.

Erit hodierno die in musicis exercitatio.

*CA. Que fait on en sale? B. On disne, On soupe, On dit
graces.* 26

A. Quid fit in triclinio? B. Prandetur, Cœnatnr, Aguntur
gratiæ.

Hoc triclinium, tricliniil, *Vne sale a boire & manger.* Sic v-
titur Cicero, & doctissimi quique.

Con dit desia graces. 27

Iam aguntur gratiæ. Iam aguntur laudes.

Iam pronunciantur gratiæ.

Plautus, *Lætus, lubens laudes ago.*

Con a desia dict graces. 28

Iam actæ sunt laudes. Iam actæ sunt gratiæ.

*CA. Qual'on commande, ou permis? B. On a commande
faire reparaisons.* 29

A. Quid imperatum, aut indultum est? B. Imperatæ sunt
exactiones.

Indultum est vt ludatur. *On a permis de iouer. On a don-
ne conge de iouer.*

*CA. Ont il quelque chose? B. Rien. Mais nous deuõs fai-
re reparaisons.* 30

A. Ecquid indultum est? *Auons nous quelque gratis? Nous
a l'on fait quelque grace? B. Indultum! Imõ imperatæ
sunt exactiones.*

Imperata est prælectio. *On a commande faire lecture.*

Con ne ioue plus. On a cesse de iouer. 31

Désitum est lúdere.

A ludo cessatum est.

Columella, *Etiamsi interim cesser à partu.) Id est Quãuis*

interim parere désinat.

Désitus est ludus. Désiérunt lúdere púeri.

A ludo recessum est.) Désitum est, Cessatum est, & Recessum est, impersonalia sunt.

On diét qu'il n'y aura point de leçon iusques a quatre heures. 32

Negant futuram prælectionem ante horam quartam.

On a conge de se coucher. 33

Facta est cubandi copia.

Púeri dormítum dimissi sunt.

Ad lectum dimissi sunt pueri.

Dimissi sunt ad somnum scholastici. On a enuoye coucher les escoliers.) Scholastici: Sub. Pueri. Sciendum tamen non rectè dici, Scholasticus meus, aut Scholasticus eius: sed discipulus meus, &c. Tametsi Gallicè sic dicimus, C'est mon escolier: C'est a dire Mon disciple.

Præceptor discipulos ad somnum misit. Le regent a donne conge a ses escoliers de leur aller dormir.

Didascalus vetuit vt ne quis ante horam décimam somnum péteret. Le regent a defendu que personne ne se couchast deuant dix heures.

Quid inter se differunt Vetare & Prohibere? Vetat qui iubet nequid fiat: Prohibet, qui impedit.

Vetare, Defendre: Prohibere, Engarder.

Iussisti nos id facere.) Hoc est Iussisti vt illud faceremus. Vous auez diét que nous feissions cela.

Vetuisti nos id facere. vel,

Vetuisti ne id faceremus. Vous auez diét que nous ne feissions pas cela.

Iubère & Vetare contraria sunt.

Gymnasiarcha vetat scholasticos exire gymnasio: iánitor autem próhibet. Le principal defend que les escoliers ne sortent point du college: & le portier les engarde. il les empesche de sortir.

Habent ad campos, Ad ludendum, Ad cubicula, & cætera.

Vide sub capite **H A B E R E.**

Con ne s'ose coucher en la chambre du principal, iusques a ce qu'il ait permis. 34

Vétitum est quæpiam è cubiculo gymnasiarchæ cubare, donec ipse cubitum dimiserit.

Con repare par ordre en la premiere reigle. 35

Ex prima classe, suo quisque ordine in triclinio pronunciat.

Varietas. Suo quisque ordine, Suo quisque loco.

Con ne peut iamais ouyr nostre regent en la reigle, pour le bruit des enfans. 36

In auditorio nostro nūquam fit à pueris silentium præceptori.

Condiscipuli nostri nunquam animaduertunt cum silentio.

Varietas. Fit silentium, Datur silentium.

Con m'a tant apporte de pommes, que ie n'en scauroye dire le compte. 37

Tot mihi allata sunt mâla, vt número complecti nequeam.

Non possum numero comprehendere, quot mihi aduecta fuerint mala.

Mala mihi domo aduecta enumerare non licet.) Id est Non possum.

Malorum mihi aduectorum incertus est numerus.

Hoc mâlum, *Vne pomme: vt,*

Malum orbiculatum, *Vne pomme de paradis.*

Malum curtipëndulum, *Pomme de carpendu: quasi tu dicas, court pendu.* Budæus.

Malum punicum, *Pomme degrenade.*

Malum persicum, *Vne pesche.*

Pomum, adeò generale nomen est, vt non solum de mâlis dicatur, sed etiam de moro, de cérafo, multisque

aliis quæ mâla dici non possunt . Sed de his fortasse
alibi.

¶ On m'a dict que le'messager est uenui. 38

Dictum est mihi nuncium venisse.

¶ On a fait ce que tu auois commandé. 39

Factum est quod iussisti.

Quod iusseras effectum est.

¶ On m'a mande du pais que ie m'en allasse demain. 40

A me scriptum est mihi vt cras discêdam.

Nunciatum est mihi domo, vt me cras ad discessum pa-
rem. On m'a fait scauoir de cheZ nous, que ie m'ap-
preste demain pour m'en aller.

A patre significatus est mihi in diem crâstinum discessus.
De cheZ mon pere (de la maison de mon pere) on m'a
fait scauoir que ie m'en allasse demain.

¶ On a siffle le regent. 41

Exibilarunt discipuli præceptorem.

Exibilatus est à pueris didascalus.

Qui fuerunt sibilatores? Qui sont les sifleurs? Qui sont
ceulx qui l'ont sifle? Sibilatores: Id est A quibus quis ex-
ploditur, siue exhibitur. Ex Nonio.

Audiui quempiam sibilantem . I'ay ouy quelcun qui a
sifle.

Sibilo caneseuocantur. On appelle les chiens a siffler.) A-
lii, Subler.

Exploduntur interdum publici professores ab auditori-
bus . Aulcunes fois les auditeurs chassent les lecteurs
publicques a force de les tabourder.

¶ On t'a mis au roulet. 42

Tu relatus es in tabellam delatoriam.

Notatus es in tabella.) Sub. Delatoria.

¶ On n'a point leu ceste annee les rouletZ, comme on
feist l'an passe. 43

Hoc anno, vt superiore, tabellæ delatoriæ exactæ non

sunt.) De his inuenies álibi fórmulas.

Demain on baillera a chascū son compaignon pour dire les heures. 44

Cras ad horarias preces par pari iungêtur.

Varietas. Ad horarias preces, Ad horarias precatíones, Ad laudes horarias, Ad psalmos horarios) Sub. Legendos, vel recitandos.

BailleZ a chascun sa sorte, a chascun son compaignon sortable. 45

Parem pari coniunge.

Fac vt par pari iungatur.

Horatius, Vt coeat par, iungatúrque pari.) Sensus est, Vt par pari coeat:) Id est Iungatur, conueniat, coniungatur. Nam híc Iungatur, per Epexégesim (Id est Expositionem) ádditum est.

On iouera demain des dialogues. 46

Cras agentur comœdiæ.

Acturi sunt quidam crástino die comœdias.

Agéndæ sunt cras comœdiæ.

Dies crastinus dictus est agendis comœdiis.) Licet enim eiusmodi poemata lúdica nostri temporis, non referant veteres comœdias: tamen paulò rectius comœdias, quàm diálogos appellabimus. Quid enim habent simile dialogor

Præceptor noster comœdiam fecit lepidissimam.) Id est Iucundissimã. Nostre regēt a faitt une plaisante farce.

Exacta est illorum comœdia. On ne leur a pas laisse iouer leur farce.) Exacta est: Id est Exclusa, Non admissa. Leur farce n'a pas este receue.

Non placuit comœdia.) Sub. Spectatoribus. La farce n'a pas pleu. Elle n'a pas este agreable. On ne la pas trouuee bonne.

Tais toy. Quand quelqu'ung fasche ung aultre en le agoussant, en le prouoquant, agaceant & irritant. 47

Désine. *Quiesce.cesse toy.*

Desine me laceffere.) Pro imperatiuo púeri solent abuti præfenti coniunctiui, dicentes, Venias, taceas, désinas, capias, similiaque: pro Veni, tace, desine, cape, quod omnino eruditis auribus odiosum est. Nam quòd hæc interim leguntur apud cómicos, sermonis est abúsus: subauditurque verbum F A C, aut a'iquid simile, teste Donato.

Terentius, *Quiescas.* Id est *Fac vt quiescas.*

CLaisse moy. Laisse moy en paix.

48

Mitte me. *Omitte me.*

Dimitte me.

CLaisse cela ou i'appeleray le maistre.

49

Hem, omitte me, alió qui præceptorem inclamabo.

CLaisse cela hay, tu fais du fol.

50

Omitte me, tu nimium lascíuis.

Lascíuio, lascíuis, lascíuiui, lascíuire, lascíuítum, *louer & faire le fol comme les petitzenfans.*

Pueri lascíuiunt in auditorio. *Les enfans font les fols en la reigle.*) De hoc verbo alibi supra.

Varietas. Lascíuiunt, Ineptiunt, Pérstrepunt. *Ilz se de-meinent, Ilz se tempestent, Ilz font bruit.*

CONpreschera aujourdhu.

51

Erit hodie sacra concio.

De rebus diuinis hoc die sermo fiet.

A. Nónnellatínium verbum est concionabitur? B. Latinum quidem: sed non est imperfonale. A. Cur non? B. Quia à verbis deponentibus, quale est conciónor, non fiunt verba imperfonalia. A. Pone igitur in oratione hoc verbum concinabitur.

Gymnasiarcha die crástino concionabitur. *Le principal preschera demain.*

CONfera aujourdhu sermon en latin.

52

Habitur hodie latina de rebus diuinis oratio.

Habere orationem, Faire une harenque.

¶ Le principal presche en sale.

53

Gymnasiarcha in triclinio concionatur.

Gratulandi.

C A P V T XXXII.

¶ En cela ie cognois vostre gracieuseté, que vous m'auez declaré si priuément par uos lettres, la resiouissance que vous auëz de mon benefice. 1

Quòd mihi tuis literis de sacerdotio tam familiariter gratulatus es, agnosco humanitatem tuam.

Gratulari, Faire chere de paroles: C'est a dire Mōstrer & declarer a ung aultre en parlant a luy, ou en luy escriuant, qu'on est ioyeux de son bien, ou de sa bonne fortune, ou de quelque aultre chose, pour l'amour & a cause de luy.

¶ Il m'a faict bōne chere a ma uenue: C'est a dire Il s'est declaré fort ioyeux, de ce que i'estoye uenu. 2

Aduentum mihi gratulatus est. Ex Terentio.

¶ Vous soyez le tresbiē uenu. Vrayement ie suis ioyeux de vostre uenue. 3

Auspicatò adueneris.

Gratulor tibi sanè aduentum.) Adueneris: Sub. Vtinam: vt sit sensus,

Vtinam adueneris auspicatò, En la bonne heure. Et est Auspicatò, aduerbium qualitatis.

¶ Ie suis ioyeux de vous ueoir reuenu sain & saulue. 4
Saluum te aduenisse gaudeo. Terentius.

¶ J'ay ouy dire que vous estes bien enrichi de puis nauguer: urayement i'en suis bien aise. Ie prie a Dieu qu'il vous en face ioyeux. 5

Accepi, magnam fortunæ accessionē tibi paucis abhinc
r.i.

diebus factam esse: quod equidem tibi gratulor: optoque, vt eam rem bene tibi vertat Deus.

¶ J'ay prins grand plaisir en vostre gratulation. 6

Periucunda fuit mihi tua gratulatio.

Tua gratulatio me vehementer delectauit.

Magnam cepi ex gratulatione tua voluptatem.

Quod mihi es gratulatus, id sanè mihi fuit iucundissimū.

¶ Je suis ioyeux de vostre bonne fortune. 7

Laetor prospera tua fortuna.) Id est Ob tuam prosperam fortunam. Ex Cicerone.

¶ Je suis ioyeux que fortune en tous uos affaires, uous a dict a vostre grè: c'est a dire selon vostre desir. 8

Laetor, quod in omnibus tuis rebus, fortuna tuis optatis responderit.) Id est Satisfecerit. Ex Cicerone.

¶ Je suis bien aise du benefice que uous auez maintenant. 9

Laetor praesentis sacerdotio tuo. Ex Cicerone.

Hoc sacerdotium, vng benefice en l'eglise.

¶ Dieu uous en ueille faire ioyeux. 10

Opto vt tibi sit istud voluptati.) Id est Latitiae.

Vtinam tibi ea res afferat gaudium.

Velim eam rem tibi esse laetitiae.) Id est Opto vt ea res afferat tibi latitiam.

¶ Dieu uous ueille faire ioyeux de vostre patrimoine. 11

Tibi patrimonium Deus fortunet. Ex Cicerone.

Exopto rem patriam tibi à Deo fortunari.) Hoc est Vt res patria tibi à Deo fortunetur.

Res patria, pro patrimonio. Sic bona patria.

Terentius, Itidem patria qui obligauerat bona.

Optare & Exoptare, est precibus aliquid à Deo postulare. Souhaiter: c'est a dire Demander ou desirer qu'il plaise a Dieu: vt cum Gallicè dicimus, Dieu ueille que, Pleust a Dieu que, &c.

Tibi opto vitam felicissimam.) Sub.A Deo dari. *Je prie a Dieu qu'il uous doint tresbonne uie.*

Fortunam tibi opto prosperam dari.) Sub.A Deo. *Je prie a Dieu qu'il uous doint bonne fortune.*

Optima quæque tibi opto contingere. vel,

Exopto, vt optima quæq; tibi contingant. *Je prie a Dieu que tout bien uous uienne.*

Habère.

CAPVT XXXIII.

¶ On ha congé pour aller iouer aux champs. 1

Facta est potestas excurrendi in hortos suburbanos.

¶ Le principal dōnera congé aujourdhuy d'aller iouer aux champs. 2

Hodie gymnasiarcha dabit remissionem in hortis suburbanis.

Cicero, Hodie non descendit Antonius. Cur dat natalia in hortis.) Id est Dat facultatem celebrandi natales dies in hortis suis.

¶ Quand on fera ung docteur, nous aurons campos. 3

Cum primum quispiam laurea theologiæ donabitur, ludendi in hortis suburbanis copia nobis fiet.

Vt primum quis accipiet theologiæ docturæ insignia, iusuri exhibimus in hortos suburbanos.

Varietas. Donabitur, Decorabitur, Ornabitur.

Horti suburbanis, *Les iardins esquelz on se ua esbatre hors la uille, es faulx bourgs.*

Suburbana, suburbanorū, *Les faulx bourgs: vel, (vt quidam scribunt) Les fors bourgs.*

CA. En quel pais est alle vostre frere? B. Il est alle en Allemaigne pour ueoir Erasme. 115

A. In quam regionem iuit frater tuus? B. In Germaniam Erasmus uisurus.

A. Cur hîc addis I N? B. Quia GERMANIA, nomen est regionis proprium. Propriis autem regionum, insularum, & montium, adduntur præpositiones, sicut appellatiuis.

Varietas. Iuit, Profectus est, Concessit.

Regio: Vne contree, Vng pais. vt, Gallia, Italia, Hispania.

Insula: Vne isle. vt, Britannia, Angleterre. Cyprus, L'isle qu'on dict Candie.

OPPIDORVM NOMINA IN QVIBVS CASIBUS aduerbialiter, vt Grammatici loquuntur, poni debeant, his versiculis facile colligetur,

A. Dic precor, vnde venis? B. Gabiis, Sulmone, Tarento.

A. Ast vbi cessasti? B. Romæ, Carthagine, Baiis.

A. Quò quæso properas? B. Laurentum, Tybur, Athenas.

A. Quà facturus iter? B. Veis, Narbone, Lauino.) Quà facturus iter? Sub. Es: Hoc est Quà transiturus es? Par ou dois tu passer?

Quà venisti? Par ou es tu uenu?

Quà ibimus? Par ou irons nous?

Quà itur ad diuæ Mariæ?) Sub. Ædem. Par ou est ce qu'on va a nostre dame?

Vnde venis? Dont viens tu?

Vbi cessasti? Ou as tu misé?

Vbi commoratus es? Ou as tu séiourné?

Quò properas? Out'en uas tu si tost?

A. Quà vis ire? Par ou ueuls tu aller? B. Quà voles. Par ou trououleras.

Hæc nobis transeundum est. Il nous fault passer par cy.

S V P R A D I C T O R V M E X P L A N A T I O.

Oppidorum, castrorum, & vicorum propria, aut primæ sunt declinationis, aut secundæ, aut tertiæ: sũntque, vel tantum singularia, vel tantum pluralia.

Propria primæ & secundæ, numeri singularis, ad VBI in genitiuo respondentur. Tertiæ verò, & omnia pluralia tantum, respondéri debent in datiuo vel ablatiuo.) Ad VBI: Hoc est Ad interrogationem factam per aduerbium VBI.

Ad QVÒ respondetur semper accusatiuus: quoties per nomina respondendum est: ad QVA & VNDE, semper per ablatiuus.

Hi Gabii, Hic Sulmo, Hoc Tarētum, Hæc Roma, Hæc Car-

thago, Hæ Baia, Hoc Laurentum, Hoc Tybur, Hæ Athenæ, Hi Veii, Hæc Narbo, Hoc Lauinum, sunt urbium siue oppidorum nomina posita pro exemplis.

Gabii, Baia, Athenæ, & Veii, exempla sunt de propriis tantum pluralibus.

Sulmo, Carthago, Tybur, & Narbo sunt exempla propriorum tertiæ inflexionis: reliqua, primæ & secundæ.

¶ A. *Ouest le roy?* B. *il est a Lyon.*

116

A. *Vbi est rex?* B. *Lugduni.*

A. *Cur per genitium respondes?* B. *Quia per VBI facta est interrogatio: & Lugdunum est proprium urbis secundæ inflexionis, numeri singularis.*

Varietas. Vbi est rex? Vbi nunc agit rex?

Pater meus est Aureliæ. Mon pere est a Orleans.) A VRELIÆ, genitiuus est: quia hîc per VBI fieret interrogatio: & Aurelia proprium est oppidi, primæ declinationis, singularis numeri.

Est mihi frater, qui Romæ habitat. vel,

Habeo fratrem Romæ habitantem. I'ay ung frere qui demeure a Romme.

Studeo Parisiis. I'estudie a Paris.) Parisiis est datiuus aut ablatiuus: quia hîc quæreretur, VBI STVDES: & PARRISI est proprium urbis, plurale tantum: Hoc est, quod pluraliter tantum declinatur.

Terentius natus est Carthagini. vel, Carthagine. Terence fut ne a Carthage.

Hîc datiuo aut ablatiuo vt licet: quia huius orationis interrogatio fieret per VBI: & Carthago est proprium oppidi tertiæ inflexionis. Vt tamen & rectius vtimur datiuo, teste Seruio.

Rex Vienna rediens, Lugduno iter fecit: vbi aliquandem moratus, rectâ venit Lutetiam. Le roy en retournant de Vienne, a passe par Lyon: Et apres y auoir seiourné quelque peu de temps, il est uenu tout droit a Paris.

V R B S olim proprie de Roma dicebatur, nunc **V R B S** & **O P P I D V M** idem significant. Gallicè, *Vne uille.*

O p p i d u l u m, *Vne petite uille.*

V i c u s, *Vng uillage, ou vng bourg qui n'est point clos a murs.*

V i c u l u s, *Vng petit uillage.*

P a g u s, idem quod **v i c u s**.

C a s t r u m, *Vne petite uillette, ou vng bourg fermé a murs, ou vng chasteau a la semblance d'une petite uille.*

C a s t e l l u m, diminutiuum à **c a s t r u m**.

C a s t r a, **c a s t r o r u m**, pluraliter tantu, *Le camp des gendarmes.*

R u r i & **r u r e**, **d o m i** & **d o m o** sæpe à nobis repetita sunt.

Ad ius pertinē-

T E S F O R M V L Æ.

C A P. XXXVI.

¶ *Il a fait son cours de droict.* 1

C u r r i c u l u m iuris emensus est. Budæus.

E m e t i o r, **e m e t i r i s**, **e m e n s u s** sum, **e m e t i r i**.

V n o die longum iter emensus sum. *J'ay fait grand chemin en vng iour.*

¶ *Il a fait le serment.* C'est a dire Il est receu a plaider les causes. 2

C a u s i s agendis initiatus est. Budæus.

I n forum tyro deductus est.

H i c tyro, tyronis. Translatio à re militari: vt àlibi supra diximus.

T y r o n e s fori, siue tyrones forenses, *Les ieunes aduocat* ¶: *C'est a dire Les nouveaulx aduocat* ¶, *qui commencent a aller a la barre pour escouter: & pour apprendre la pratique.* Budæus.

¶A. Tu m'as fait tort. B. Traicte moy par iustice. 3
 Lege ágito. Procede contre moy par iustice.

Voca me in ius. vel,
 Adducito me in iudicium. Fay moy conuenir personnellement.

Dicm dixit illi. Il luy a assigné iour a comparoir personnellement.

Res ad iudicium adducta est. La matiere a este mise en proces.

Adduxit cum in iudicium. Il l'a mis en proces. Ex Cic.

Agere lege, significat etiam quod Gallicè dicitur, Executer par iustice ung malfaieteur. Budæus.

¶(Ie te feray conuenir.) C'est a dire Ie te feray citer ou adiourner. 4

Ego te in ius vocabo.

Traham te in forum.

Vocabo te in iudicium.

¶A. Veuls tu que ie iure? B. Ie te croiray bien sans iurer. 5

A. Vis vt iurem? B. Facile credam tibi, vel iniurato.) Id est Etiam si non iuraueris.

Varietas. Vis vt iurem? Visne, me iurare? Vis vt iurciurando tibi hoc affirmem?

Hociusurandum, genitiuo iurisiurandi.

Iurati testes, Les tesmoins aux quelz on a fait faire le serment deuant que les examiner.

Sic & iurati iudices apud Romanos dicebantur.

Sum iuratus scholasticus. Ie suis escolier iuré.

Varietas. Credo tibi, Habeo tibi fidem.

¶Il y a des tesmoins. 6

Sunt mihi testes.

Ad manum testes habeo.) Id est In promptu.

Sunt mihi in promptu testimonia.

Coram testibus hoc dixisti. Tu as dict cela deuant gens.

Qui en ueuls tu croire? 7

Ad quem de hoc vis referri?

Quem tibi vis de hac re iudicem dari?

De hac lite, quem capis arbitrum?

Quem eligis de hoc negotio disceptatorem?) Iudex, Arbitrator, Disceptator, Appellare & Prouocare, propriè ad iudicia rerum controuersarum pertinent: cæterum ad leuiores controuersias interdum transferuntur: vt in hoc loco.

Capere arbitrum: Id est Eligere.

Capere quèlibet arbitrum. Prends qui tu uouldras pour en iuger, pour nous mettre d'accord.

Cedo quènuis arbitrum: neminem reiicio. I'en croy qui tu uouldras. Terentius.

Cedo, verbum defectiuum: Id est Da. Aliàs pro Dic accipitur.

Hunc reiicio iudicem. Je refuse cestuy pour mon iuge.

Recusare iudicem non dicimus, teste Budæo.

Est æquus iudex. Il n'est point suspect. Il n'est point favorable à l'ung plus qu'à l'autre.

Est iudex iniquus. Il est suspect. Il est favorable.

Si le regent en ueult dire, ie suis content de le croire. 8

Huius controuersia præceptorem facio iudicem. I'en croy le regent.

De hac quæstione ad præceptorem referatur.

De hac contentione referatur ad iudicium præceptoris.

Je prends cestuy cy pour mon iuge. 9

Eligo hunc mihi iudicem.

De hoc teipsum facio iudicem. Je t'en fais iuge toy mesme.

Je m'en rapporte à toy mesme. Je t'en croy toy mesme.

Je m'en rapporte à toy mesme. 10

Ad te refero. Ad tuum refero iudicium.

Ad præceptorem refero. Je m'en rapporte au regent. I'en croy le regent.

Eam rem in medio relinquo. Hoc est De illa re non dif-
finio. Je m'en rapporte a ce qu'il en est. Ex Sallustio.

¶ Je vous encroy ung seul pour tous. Je n'en ueulx point
d'aultre iuge que vous. 11

Ego te huius causæ summum iudicem facio.

¶ Puisque vous l'auetz dict, ie ne ueulx point d'aultre
iuge. 12

Nolo a te prouocare.

A sententia tua non appellabo.

Prouocare & Appellare, Gallice, Appeler de la sentence
d'ung iuge. Sed Appello Senatũ, Prouoco ad Senatũ,
dicimus. I'en appelle en la court. Tametsi Senatus pro-
curia nostra centenaria, non propriè, sed similitudine
quadam dicitur. Parlamentum vulgo dicunt: quo no-
mine & Budæus vititur. Quippe in rebus nouis fingē-
da sunt verba noua: quod, teste Fabio, semper licuit,
præsertim doctissimis. Sed redeamus ad rem.

Est prouocator. Il est appellant.

Prouocauit.) Sub. Ab ea sententia. Il a appelle. Il s'est por-
te pour appellant.

Prouocatores periculum multæ faciunt. Les appellans
(ou ceulx qui appellent) se mettent en danger de payer
l'amende. Ex Budæo.

¶ Je me presente. 13

Ecce me. Me uoicy. Plautus.

Ecce, me fisto. Ecce me, adsum.

¶ Il a iugé pour moy. 14

Secundum me iudicauit.

Secundum me pronunciauit.

Secundum me iudicium dedit.

Secundum me iudicatum est. On a iugé pour moy. On a
donne sentence a mon prouffit.

Secundum te litem do. Je iuge pour vous.

¶ Sa matiere est toute clere. Sa cause est toute euidēte. 15

Manifestum est eius negotium.

¶ *L'èuesque la dispense du serment qu'il auoit fait.* 16
Fecit ei iurisiurandi gratiam.

Absoluit cum iurisiurandi.

¶ *A. Puisque tu es un benefice, pourquoy ne dis tu tes heures canoniales? B. Je suis dispensé.* 17

A. Cum tu sacerdotium habeas, cur quotidie non dicis hō rarios psalmos? B. Solūtus sum legibus. Solutus sum canonibus. Dicere psalmos imitatione diximus.

Virgilius, Pars pedibus plaudūt, chōreas & carmina dicūt. Sic dicere hymnos.

¶ *Il a gagné son proces.* 18

Vicit. Ille vicit causa.

Obtinuit. Obtinuit causam.

Cicero, Causam frequentis enatu obtinebamus.

Vnde & apud nos peritiores dicunt, *Il a obtenu sa cause.*

Pro eo quod vulgus dicit, *Il a gagne son proces, il a gagne sa cause.*

Victor, *Celuy qui a gagne son proces.*

Victus, *celuy qui l'a perdu, qui est condamne.*

¶ *On luy a fait la raison. Il a eu ce qu'il demandoit.* 19
Ius suum obtinuit.

Æquum bonum impetrauit.) Sic Budæus interpretatur.

¶ *Il a perdu son proces. Il a perdu sa cause.* 20

Victus est causa. Cécidit causa.

¶ *Il a fait cession.* 21

¶ *Cessit bonis.*) Ablatiuus est.

¶ *Je me defendray contre luy de lettres & instrumens signe de sa main.* 22

Obsignatis ab eo tabulis ei litem retorquebo.

Tabulæ, *Lettres, instrumens, & registres obligatoires.*

Hoc tabularium: Id est Armarium, aut locus ad tabulas reponendas.

¶ *Voicy ma part.* 23

Hoc mihi cōmpetit. Competit mihi hæc portio.

Pars hæc competit mihi. *Ceste part m'appartient.*

Competit, hūc est verbum maxime proprium.

¶ Pierre ne iouira iamais des biens durant la uie de son pere. 24

Petrus uiuo patre, nunquam fruētur bonis eius.

Supérstite patre, nunquam eius bona Petrus possidebit.

¶ Il luy est uenu un bon heritage par la mort de son frere. Il luy est escheut une bonne succession de son frere qui est mort. 25

Morte fratris v̄nit illi óptima hæreditas. Ex Cicerone.

Varietas. V̄nit, Obuenit, Obligat, Accessit.

Auctus est morte fratris, amplissima hæreditate.

Auctus est Antonii beneficio.) Id est Antonius in eum contulit beneficium. Cicero.

Auctus est damno.) Sub. In care: Id est Accepit damnū.

Il a eu dommage en cela. Terentius.

¶ Mō oncle frere de ma mere m'a fait son heritier. 26

Auunculus me hæredem fecit. Cic.

Patruus meus, Mon oncle, frere de mon pere.

¶ Combien qu'il n'eust point d'enfans: toutes fois il n'a pas fait son heritier le filz de son frere. 27

Etsi carebat liberis: tamen fratris filium præterit.) Prætereo, in hac notione verbum iuris est.

¶ Il a desherite son filz. 28

Exhæredauit filium. Cicero.

¶ Il est uray heritier. 29

Est verus hæres. Cicero.

¶ L'heritage ne luy peult fuir. 30

Est hæres necessarius. Papinianus iuriconsultus.

¶ Il ne s'est point porte pour heritier de son pere. 31

Hæreditatem paternam non adiit.

Non creuit patris hæreditatem.) Id est Non adiit. A cerno, cernis.

Multum creuit hæreditate fratris.) Id est Multum auctus est, Factus est multò locupletior. Il est fort enrichi de l'heritage de son frere. Il en est bien augmente. Il luy en est beaucoup amende.) A Cresco est hoc in loco. Vtrunque ex Cicerone, Festo Pompeio interprete, & Budæo.

¶ Les terres de mon pere ne doiuent rien. Elles sont franches.

Immunes sunt agripatris mei.) Id est Nullum vectigal pendunt. Ex Cicerone.

Hoc vectigal, vectigalis, Peage, ou rente.

Vectigalis, adiectiuum, chose qui doit peage, ou rente, ou quelque tribut. vt,

Ager vectigâlis, Vne terre qui doit cens ou rente.

Patri meo sunt multi homines vectigales. Mon pere a plusieurs rentiers.

¶ Ses biens sont en la main du roy.

Bona eius publicè possidentur. Cicero, Budæo interprete.

¶ Cela a este pour le bien de tous. Cela a proufité a tous.

Illud fuit omnibus bono. Cicero.

Ea res omnibus profuit.

¶ Il n'est pas encore hors de la puissance d'aultruy.

Nondum suus est.) Sic vsurpantur meus, tuus, noster, & vester.

Persius, Vindicta postquam meus à prætore recessi.

Ouidius, Alterius non sit, qui suus esse potest.) Alterius non sit: Id est Non sit aliènus, vel iuris alieni, vel in aliena potestate. Qui peult uiure en liberte, nese doit point mettre en subiection d'aultruy.

Est adhuc in tutorum potestate. Il est encore en tutelle. Il n'est pas hors de tutelle.

Laudandi.

CAP. XXXVII.

- ¶** *Touſiours on le louè. On dit touſiours bien de luy.* 1
 Semper laudatur.
 Effertur vbique.
 Affiduis laudibus in cælum tollitur.
¶ *(Il fait parler de ſoy.) In bonam partem.* 2
 Omnibus eſt admirandus.
 Omnes in admirationem rapit.
 Suspicendum ſe præbet omnibus.
 Admirabilem ſe facit omni populo.
 Budæus incredibili eruditione ſua omnium oculos in ſe
 conuertit. *Tout le monde eſt rauy en admiration d'une
 doctrine ſi profonde.*
¶ *(Il fait parler de ſoy.) In malam partem.* 3
 Inſignis eſt ſuis flagitiis.
 Nequitia ſeſe ipſe inſignem facit.
 Male audit apud omnes.
 Ob ſcelera ſua, in ore eſt omni populo.
¶ *Tout le monde parle de luy. chaſcun en fait feſte.* 4
 Omnes eum célébrant.
 Percélebre eſt nomen, & fama eius.
 Ab omnibus celebrâtur.
 Bene audit ab omnibus. *Tout le monde le loue.*
 Vbique celeberrimus habetur.
 Magno vbique precio æſtimatur. *Il eſt par tout fort
 eſtimé.*
 Ob eruditionem magna vbique eſt in gratia. *Il eſt par
 tout le bien uenu, & fort eſtime pour ſon ſcauoir, pour
 ſa doctrine.*
¶ *Tout le monde uous louera de cela. Vous en ſerez loué*

d'ung chascun.

Hoc tibi laudi vertent omnes.) Id est In laudem. 5

Hoc tibi gloriae nemo non tribuet.

Varietas. Tribuet, Dabit, Ducet.

Ea de re te laudabunt omnes.) Id est Ob eam rem.

Laudaberis ob eam rem ab omni populo.

C'est est un homme sans comparaison.

Ille est vir incomparabilis. 6

Quintilianus, Magister doctissimus, atque incomparabilis.) Id est Nemini comparandus.

Il fait autant que trois. Il fait ce que trois doivent faire. 7

Trium hominum fungitur officio.

Il s'en trouve bien peu de tels. Il s'ôt biẽ cler seme. 8

Perquam paucos eiusmodi reperias. Terentius.

Illiusmodi hominum nunc magna pœnuria est. Terent.

Iuuenalis in eandem sententiam, Rara avis in terris, nigroque simillima cygno.

Idem, Rari quippe boni.

Mantuanus, Vir bonus, est animal rarum.

Cicero in Lælio, Rarum genus: & quidem omnia praeclararara.) De veris amicis loquitur.

Il est bien aimé par tout. 9

Amatur vbique. Vbique est gratissimus. vel,

Maximè placet omnibus. *Il est par tout le bien venu.*

Diligitur ab omnibus. Omnibus est charissimus.

Illum omnes charum habent.

Il est bien uenu che le roy. Il est bien en la grace du roy. 10

Hic magna est apud regem gratia.

Gratiôsus est apud regem.

Ioannes plurimum valet apud regem gratia.

Magna apud regem gratia atque authoritate pollet. *Il peut beaucoup enuers le roy.*

¶ Il a grand credit chez le roy. Le roy se fie moult en luy. 11

Maxima est illi apud regem fides.

Rex habet illi fidem maximam.

¶ Il est bien modéré en toutes choses. 12

Omnibus in rebus est moderatissimus.

¶ Il endure volontiers de tout le monde. 13

Facile omnes patitur.) Omnes: Id est Omnium mores,
Les conditions d'ung chascun.

Nemini aduersatur. Terentius.

Ad omnium mores se facile accommodat.

¶ Il est bien scauant (ou il est bon clerc) il scait tout. 14

Nihil ignorat. Omnia nouit.

Doctissimus est, nempe qui omnia nouerit.

Iuuenalis, -omnia nouit Graculus esuriens.

¶ Il est homme de bien. 15

Profecto vir bonus est. Il est uertueulx.) In alio sensu dicitur, Il est hōme uertueulx: C'est a dire il a du cuer. Il se defend bien. Latine sic,

Fortis est. Homo est acerrimus.

Est vir sapiens. Il est homme de bien & sage.

Vir est sapientissimus. C'est ung grand homme de bien, & fort sage.) Nam sapientia etiam bonitatem complectitur.

¶ Il ne se laissera pas gourmander. 16

Acrius se defendet. Summa vi se defendet.

Non sinet sese opprimi.

Se suaque strenuissime tuébitur.

¶ Il est de bonne conscience. 17

Vir est æquus. Est æqui boni cultor.

¶ Il est fort de bonne conscience. 18

Homo est æquissimus.

Est æqui bonique obseruantissimus.

Virgilius, Et seruantissimus æqui.) Id est Æquitatis obser-

uantissimus.

Æquum bonum colit. Il vit en homme de bien.

Vir bonus & æquus est. *Il est homme de bien, & de bonne conscience.*

¶ *Il est bien deuot. Il est fort deuocieux.* 19

Est homo religiosissimus.

Vir est summa pietate. Est vir maximè pius.

Est homo insigni pietate.

¶ *Il est tout donné a Dieu.* 20

Totus est Deo dicatus.

Diuinis rebus omnino additus est.

Religioni prorsus est deditus.

Vir est insigni religiõne.

Vir est summa tum fide, tum religiõne. *Il est homme de bonne foy, & de bonne conscience.*

Est religiosus testis. *C'est ung tesmoing de bonne conscience.*

Iudex religiosus, &c.

¶ *Il est bon enfant.* 21

Est puer ingenuus. Puer est ingenio liberali.

Honestus est adolescentulus.

Est bonæ indolis puer. Puer est probus.

Est bene moratus adolescens.

¶ *C'est le meilleur de sa reigle.* 22

Est classis suæ doctissimus.

Habetur in sua classe literatissimus. *Il est reputé le plus scauant de sa reigle.*

Hæc classis, huius classis.

Est nostræ classis, vel,

Est de nostra classe. *il est de nostre reigle. Il est de nostre leçon.*) Nunc Gallicæ linguæ imperiti dicunt, *il est de nostre classe.* Sic & alia multa in nostro sermone per imperitiam quotidie corrumpuntur. Ita lingua alio-
qui elegantissima & suauissima in asperam quandam

barbariem vertitur: dum aut fastiditis, aut potius ignoratis, optimis & significantissimis verbis, nunc ferme omnia ab istis (vt ita dicam) elegantiarum excreatoribus durissime, atque inuita (quod aiunt) Minerua ex Latino sermone detorquentur. quod *Excariare Latinum* vulgo dicitur.

Ceste ieune fille la est bonne & belle. 23

Virgo illa, forma bona est.) Hoc est Et formosa, & bona est.

Il est si bon, que plus ne peult. 24

Talis est eius vita, vt nihil possit accedere.) Id est Addi. Sub. Ei vel ad eam.

Ad probitatem eius nil addi potest.

Tam bonus est, vt melior esse nequeat. *Il est si bon, qu'il ne pourroit estre meilleur.*

Varietas. Vt nihil possit accedere, Vt nulla fieri possit accessio.) Id est Incrementum, *Accroissement, Auantage, Auancement.*

Habeo quendam propinquum, à quo multæ mihi factæ sunt accessiones. vel,

Est mihi quidam consanguineus qui me plurimis auxit modis. *L'ay ung parent, qui m'a fait beaucoup d'auantages.*

Cicero, Quantæcunque accessiones tibi fient & fortunæ & dignitatis.

Accessio fortunæ, *Accroissement de biens.*

Accessio dignitatis, *Accroissement d'honneur.*

Quinque solidorum accessionem dare coactus est. *Il a este contraint de bailler cinq solz d'auantage.*) Sic in Verrinis Cicero dixit, Dare nummorum accessionem.

Plærique non tam virtutis, quàm fortunæ accessionem quærunt. *La plus part du monde cerche plus accroissement de biens que de uertu.*

Tu es tant bon que ie ne scauroye dire meilleur.) Puc-

rilis est ineptia, pro eo quod est, *Tues si bon, que rien plus.* 25

Adco probus es, vt nihil supra.) Hoc est Vt nihil amplius dici possit.

Tam bonus es, vt nihil te melius.) Sub. Sit.

¶ *Il n'y a que gens de bien en nostre pais.* 26

Optimi sunt omnes nostrates.

A nostris non nisi optimi proficiscuntur.

¶ *C'est ung seruiteur bien seur: c'est a dire Bienloyal.* 27

Est minister fidelissimus. Id est Qui fideliter ministrat in officio suo.

Est famulus admodum fidelis.

Est fidelis mercenarius.

Seruus hic est maximè fidelis.) Hoc more Romano dictum est. Nam in Gallia, qui nobis ministrant, propriè serui non sunt, sed mercenarii: Hoc est Mercede conducti. *Varlets ou seruiteurs a gages.*

¶ *Il est tout Erasmeque.* 28

Est Erasmi sectator. Sectatur Erasmus.

¶ *Il compose comme Erasme.* 29

Erasmi est imitator.

Erasmum scribendo imitatur.

Scribendi stylum habet Erasmicum. *Il a le style d'Erasme c'est a dire Telle maniere de composer.*

¶ *Budé en passant a corrige plusieurs passages de bons aucteurs.* 30

Budæus plurimos locos ex bonis authoribus in transitu emendauit.

Varietas. In transitu, Obiter, In transcurso.

Varietas. Emendauit, Correxerit, Restituit.

Eum locum in transitu emendauit. *J'ay corrige ce lieu la en passant.* Budæus.

¶ *Il porte la mine d'ung homme de bien.* 31

Ex habitu præ se fert bonum virum.

Præ se fert probitatem.

Vultu ipso vir bonus videtur.

Il est bon a ueoir a ses paroles quel homme c'est.) Il est bon a ueoir: c'est a dire Il est facile a ueoir, On peult ueoir. 32

Quali sit ingenio præditus, satis indicat eius oratio.

Ex verbis illius facile vita patet.) Facile: Id est Perspicue, clerement, Euidemment.

Eius mores sermo palàm facit.

Quale ingenium habeat, indicio est eius oratio.

Il n'y a icy personne estrange. Nous nous entrecognoissons bien trestous. 33

Nemo alienus hic est. Ex Plauto.

Il ha une femme qui est sans diffame, sans deshonneur, sans reprouche, sans mauuais bruit. 34

Sine mala fama vxorem habet.

Vxor eius alièna est ab omni infamia.

Eius vxor omni caret infamiæ nota.

Mulier mea, mulier tua, mulier eius, non dicitur: sed vxor mea, vxor tua, vxor eius.

A. Quomodo utimur hoc nomine mulier?

B. Fratris tui vxor, est mulier tum optima, tum honestissima. *La femme de vostre frere, est femme de bien & d'honneur.*

Il n'est plus terrible, comme il souloit. 35

Desiit esse ferox. Emollita est illius ferocitas.

Iam nihil ferocit. Iam mitescit.

Animi ferociam deposuit.

Depone istud onus) Id est Istam prouinciam. *Laisse aeste charge.*

Cela est digne d'estre mis es croniques. 36

Illud est historia dignissimum.

Digna res est annalibus.

Dignum est illud, quod in annales referatur.

Varietas. Dignum est quod referatur, Dignum est referri, Meretur referri.

Epistolæ tuæ dignæ sunt, quæ in volumina referantur.
Tes epistres uallent bien estre imprimees.

C'est bien dict.

37

Honestæ oratio est. Bene dictum.

Honestè dictum.) Sub. Est illud: Sed multa eiusmodi non satis eleganter exprimuntur: ut, *Est bene factum*: pro eo quod venustè dicitur, Factum bene.

Ce me puis bien uanter de cela.

38

Licet mihi illud prædicare.

Meo iure id possum palàm dicere.

Ausim de me apud omnes hoc dicere.

Csi tu fais cela, tu en seras loué a tout iamais.

39

Hoc si feceris, sempiternæ laudi tibi futurum est.) Id est Erit.

Si id feceris, immortalẽ tibi gloriam comparabis. vel, Immortalẽ gloriam assequeris.

Varietas. Comparabis, Paries, Acquires.

Varietas. Assequeris, Consequeris.

Ccecy uous fera honneur a tout iamais.

40

Hoc erit tibi sempiterno decori.

Hoc decus, decoris: Id est Honor vel ornamentum.

Hic decor, decòris: Id est Pulchritudo, *Beaulte*.

CPar ses uaillesances & beaulx fait il a acquis bruit & gloire immortelle.

41

Rebus præclarè gestis, æternam sibi famam pèperit.

Cil en sera a iamais infamè.

42

Hoc erit illi sempiterno dedecori.

Hoc dedecus, dedecoris, *Deshonneur, uilenie, infameté*.

Sempiternus dicitur, quasi semper æternus: Æternus autem, quasi æuiternus, Nam æuum proprie æternitatem significat.

Ludendi.

C A P. XXXVIII.

QA. *Vculs tu iouer ala paulme?* B. *Tu es plus fort que moy.* A. *Je ioueray seulement de la main, & toy de la raquette.* B. *Bien, j'en suis content. ou Bien, iouons. ou Bien, je ioueray.* I

A. *Vifne certare pila palmaria?* B. *Tu es longè me peritior.* A. *Ego vtar sola manu, tu verò reticulo.* B. *Agè ludam. Or bien, je suis content de iouer.*

Varietas. *Agè, ludam : Placet igitur mihi, Volo igitur, Ludamus igitur, Agédum, ludamus: Agè, fiat: Agè, faciam.)* Hæ omnes orationes sunt consentientis.

¶ *Il s'ont retenu le ieu deuant nous.* 2

Isti ludum occuparunt.

Occupare, Preuenir ung aultre a faire, ou prendre quelque chose.

Occupauit locum. Il a prins la place le premier.

Vnde apud Liuium sæpe legimus, Occupauerunt bellum facere. Il s'preuindrent leurs aduersaires a faire la guerre. Il firent la guerre les premiers.

Locusi peculiariter accommodatus ad pilæ palmarie exercitationem, propriè sphæristerium dicitur: sed quia in gymnasiis non solent esse sphæristeria, ideo malim vtpüeri ludum appellent.

Ludus enim non modo est ipse lusus: sed etiam omnis locus exercitiõnis.

Vnde ludus literarius: Id est Schola. Et ludimagister, de quo alibi.

Ludi pluraliter tantû, Les esbatz: c'est a dire Les ieuz publics.

Iuit spectatum ludos. Il est allé ueoir les esbatz.

CA. Veuls tu iouer a la paulme? **B.** Je n'y entens rien. 3

A. Visne pila colludere?

B. Eius rei sum imperitus.

Sum pilæ prorsus indoctus.

Eius ludi omnino sum ignarus.

Varietas. Eius ludi, Eius lusus, Eius lusionis.

Cicero, Nobis senibus ex multis lusionibus talos relinquunt & tesseras.

Varietas. Visne pila colludere? Vis mecum certare pila?

Vis palmaria pila mecum ludere? Placétne pila mihi colludere? Id est Mecum ludere.

Horatius, Gestit paribus colludere.

Præceptor, placétne tibi vt paruuli pila colludamus? *Vous plait il que entre nous petit & nous nous esbatons ensemble a la paulme? ou a iouer d'une pile?*

C Je ne te crains a la paulme. 4

De pila palmaria, non te metuo.

De ludo pilæ, nihil te timeo.

Plautus, De lanificio, neminem metuo vna ætate quæ sit.) Hoc est Quod ad lanificium pertinet, nullam mulierem, duntaxat quæ sit vnius (id est eiusdem) ætatis mecum. *Quant est de besongner en laine, ie n'en crains femme du monde au moins qui soit de mon eage.*

C Je iouray contre toy. 5

Respondebo tibi in hoc certamine,

Hoc in ludo me tibi audacter opponam.

Non dubito inire tecum hoc certamen.

Paratus sum in arenam tecum descendere.) Translatio à gladiatoribus. Nam locus vbi dimicabant, arena dicebatur.

Gladiatores, ceulx qui se combattoient a l'espee homme a homme, es ieux publiques a Romme.

C Essayons la fortune dui eu. Mettrons nous a l'adventure. 6

Tentemus ludi fortunam,

Committamus nos fortunæ.

Ludi sortem experiamur.

Fortunæ periculo nos ipsos committamus.

Iaciamus aleam, vel,

Committamus nos aleæ. *Mettons nous au hasard.* Ex adagio Cæsaris, IACTA EST ALEA.

¶ Jouons a la courte boule.

7

Ludamus sphaera volubili,

¶ Jouons a la paulme.

8

Ludamus pila volatili. Certemus pila palmaria.

¶ Jouons a la grand boule.

9

Certemus globis missilibus.

Mittamus globos. *Iectons la boule.*

Excemus in agrum suburbânium, vt globis missilibus nos exerceamus. *Sortôs aux champs hors la uille, pour nous esbatre & exercer a iecter la boule.*

¶ Je seray du costé des bons ioueurs.

10

Cum primis iungar.

Erit mihi cum primis fortitio.

Sortiar cum primis. Hoc dicitur, cum fit fortitio. *Quand on fait quelque sort, ou quelque partie pour iouer.*

¶ Je seray des gaignans.

11

Spero me de victoribus fore.

Pars mihi erit cum victoribus.

Cur etiam non dixisti, Spero me fore de número victorum? Quia ambiguum esset, an de victis, an de victoribus intelligeretur. Nā genitiuus pluralis VICTORVM, tam est à VICTVS, quam à VICTOR.

¶ Jouons a la mousche.

12

Certemus empusæ ludo. Empusæ (vt Græcorum fabulæ tradunt) fuit monstrum vnus pedis. Hinc Erasmus Empusæ ludū eleganter appellauit, quem nostrates, *Ludere ad muscam*, dicunt.

- ¶** *Il a eula mousche.* 13
 Habet.) Id est Percussus est. Ex Terentio.
- ¶** *Il est a la mousche.* 14
 Est ad metam.) Sub. Ludi.
- ¶** *Veuls tu iouer aux barres?* 15
 Visne cursu ad metas contendere?) Ordo est Visne con-
 tendere cursu ad metas? Vtrinque enim sunt meta
 p^osita, intra quas curri solet.
- Meta, *Le but, ou les barres.*
- ¶** *Met & ung but. Plante le but.* 16
 Pone metam.
- ¶** *Essayons lequel de nous deux courra le plus tost ius-
 ques aux barres: c'est a dire Qui sera le premier au
 but.* 17
 Certemus, vter nostrum prior metam contigerit.
- Contendamus, vter nostrum citius ad terminum per-
 uenerit.
- ¶** *Or escoute, nous ne iouerons plus, si tu ne met & en
 ieu.* 18
 Audi quaeso, non ludam tecum amplius, nisi deponas in
 ludum.) Sub. Praemium: quo scilicet lusus constat.
- ¶** *Iouons pour bon.* 19
 Certemus aliquo praemio.
- Contendamus precio.
- Ludamus serio.
- ¶** *Il fault iouer pour quelque chose.* 20
 Aliquo periculo certandum est.
- ¶** *A. combien ueuls tu iouer? B. Vng liard.* 21
 A. Quanti vis ludere? B. Quadrante.
- Hic quadrans, quadrantis.
- Varietas. Quanti vis ludere? Quanti vis contendere?
 Quanti vis certare?
- ¶** *Iouons pour des chiquenauldes.* 22
 Certemus talitris.

Certemus pœna talitrorum.

Hoc talitrum, talitri, Gallicè, *Chiquenaulde*. Suetonius.

¶ Tu me tiendras bon a iouer. Tu me tiendras ieu. 23

Ludum ad finem vsque persequeris.

Ludere mecum perseverabis.

In certamine perges ad finem vsque.

Non incidēs ludum. Non abrumpes lusum.

Non omittes certamen.

¶ Iouons au cheuau fondu. 24

Certemus equuleo depresso.

Ludamus equo depresso.) Hic equuleus, *Petit cheual* : vt

apud Varronem. Aliàs est genus tormenti. *Aultrement c'est une maniere de geyne.*

Depressus, depressa, depressum, *Fondu* : vt,

Depressa nauis, *Vne nauire fondue, ung bateau enfondre dedans l'eau.*

¶ Iouons a la sauate. 25

Ludamus solca detrita.

Detero, deteris, detriui, detritum. Deteror, detercris, detritus sum.

¶ Iouons au pot cassé. 26

Ludamus olla pertusa.

Certemus ruptis fictilibus.

Fictilia, *Toutes manieres de pots ou uaisseaux de terre.*)

Hoc fictile, fictilis, substantiuum. Hic & hæc fictilis, & hoc fictile, adiectiuum.

Olla fictilis, *Vng pot de terre.*

Calix fictilis, *Vng gobelet de terre.*

Nouum fictile, *Vng uaisseau neuf de terre.*

¶ Il me gagne a la paulme : c'est a dire Il ioue mieulx que moy. 27

Pila palmaria me vincit.

Saltu me vincit. *Il saulte mieulx que moy.*

Disco me vincit. *Il me gagne au palet.*

Iactu lapidis me vincit. *Il me gagne a iecter la pierre.*
 Discus propriè significat, *Le palet de quoy on ioue.* Vnde &
 pro ipso ludo ponitur.

¶ *Il me passe a courir: c'est a dire il court plus fort que moy.* 28

Me cursu præuertitur. Me superat cursu.

Currit me velocius, vel celerius.

Varietas. Præuertitur, Præuertit.

Varietas. Superat, Vincit.

Anteuertit mihi. *Il m'a passe. Il m'a deuacé. Il est alle plus tost que moy. Il est alle deuant que moy.*

¶ *Tu ne gagneras pas. Tu n'auras pas la victoire du ieu.* 29

Non vinctes. Non obtinèbis.

Non potièris victoria. Non obtinebis victoriam.

Varietas. Non obtinebis victoriam, Nò adipiscèris victoriam, Non assequèris victoriam, Non consequèris victoriam.

¶ *Tu ne gagneras pas contre luy. Tu ne gagneras pas de luy.* 30

Hac re non vinctes eum.

Non auferes illi huius certaminis victoriam.

¶ *Je te defie a touer a la p. ulme.* 31

Pròuoco te pila palmaria.

¶ *Fay ce que tu pourras: ie te defie.* 32

Fac pro viribus: ad hoc certâmen te prouoco.

¶ *Saultons.* 33

Saliamus. Certemus saltu. Contendamus saltu.

Salire, *Saulter, ou saillir.*

Saltare, *Danser.*

Saltatio, *La danse.*

Chironómica saltatio: vel, gesticulatrix saltatio: *Vne morisque.*

Ludus saltatorius, *L'escole des danses: c'est a dire Le lieu*

u on apprend a danser.

Sa^o tator, *Celuy qui fait mestier de danser, Vng danseur ordinaire.*

Saltatrix, *vel Saltatricula, Vne dansarresse ordinaire comme une bateleure qui ioue des soupplesses.*

Chironomus, *Ioueur de morisques.*

Sannio, *Le fol d'ung ieu comme d'une farce, d'une morisque, ou aultre danse. Ex Budæo.*

Sannio saltationem occœpit. *Le fol a commencé la danse.*

Saltat cum crôtalis. *Il danse des sonnettes. Ex Macrobio.*

Morio, *Vng fol de qui on fait son passetemps: vt,*

Morio regius, *Le fol du roy.*

¶ Veuls tu saulter a moy?

34

Visne mecum saltu contendere?

¶ Veuls tu iouer au palet?

35

Vis mecum disco certare?

¶ Veuls tu iecter la pierre a moy?

36

Vis mecum iactu lapidis contendere?

¶ Veuls tu iouster a moy?

37

Visne certare palæstra? Vis colluctari?

Placétne lucta mecum exerceri?

Varictas. Palæstra, Lucta, Luctatiōne.

¶ Il ioue des claquettes.

38

Ludit crepitaculo.

Hoc crepitaculum, *vne claquette, comme on peult ueoir a ung ladre.*

Quod siquis (vt fit) planis ossibus, non compactis imitabitur crepitaculum: de hoc dicere poteris,

Ludit crepitantibus ossiculis. vel;

Ossiculis imitatur crepitaculum. Il ioue des osselletz.

¶ Iouons a la quille.

39

Ludamus claua pilaria.) *Hic enim ludus claua & pila constat, vt satis notum est.*

¶ Iouons a la crosse.

40

Ludamus claua.) Hic quoque lusus & claua constat, & pila: sed ludum clauæ citra ullam adiectionem appellatum ut differat à superiore: tum quia Gallicè dicitur, *Iouons a la crosse*. Nec ausim (ut quidam fecerunt) vocare Ludum pedi: quia **P E D V M** dicitur à Grammaticis esse indeclinabile.

Dieban & Pierre ont eu sur le doct; pource que le regent les auoit trouue & iouans aux cartes. 41

Ioannes & Petrus in ludo chartarum à præceptore deprehensi, de tergo suo dependenterunt.

Et iure quidem optimo. Hunc enim ludum & illiberalem & perniciosum pueri angue peius odisse debent.

A præceptore deprehensi: hoc est, quia præceptor eos deprehenderat. Hic nota elegantiam participii, quo sæpe ratio includitur.

De tergo suo dependenterunt.) Sub. Pœnas: Id est Tergo suo pœnas ded'erunt.

Dependo, dependis, dependi, depensum.

A. Veuls tu iouer aux dets? B. Nenny. A. Pourquoi? B. Pource qu'on dict que c'est peche mortel. 42

A. Visne ludere tessaris? B. Nolo.

A. Cur? B. Quia vetitus est ludus. *Pource que c'est unq ieu defendu.*

A. Quamobrem? B. Aiunt enim crimen esse.

Hæc tessera, *Vng det.*

Abstineant omnino pueri alea: Hoc est Omni ludo, qui in sorte consistit: qualis est chartarum ludus, & tesserarum, & talorum.

Alea, *Tout ieu de hasard.*

Aleator, *celuy qui fait mestier de iouer a ieux de hasard: comme de cartes & de dets.*

Ludere alea, *Iouer a ieux de hasard.*

Lusit aleam. *Il a fait mestier de ieux de hasard.*) Figura te dictum, ut Seruiuit seruiturem.

Louons aux clefz.

43

Ludamus clauibus.

Ludamus calculis. *Louons aux iectons sur la table.*

Hic calculus, *Vng iecton.* Antiqui enim calculis (Id est rotundis scrupulis) ratiocinabatur. Vnde calculi dicti quibus nunc vtimur.

Scrupus & Scrupulus, *Vne petite pierre, quelle on ueoit es ruffeaux.*

Ludus trunculorum, *Le lieu des quilles.* Sic appellat doctissimus quidam. Alii Pyramidulas malunt.

Hic trunculus, à truncus diminutiuum est.

Ludus vesicæ: cum luditur vesica vento plena. *Quand on ioue d'une uestie pleine de uent.* Quidam ludum follis vocant.

Hic follis, *Propremēt ung soufflet de quoy on souffle le feu*

Ludus iunculorum, *Le ieu des ionchetz.*

Ludus talorum, Ludus taxillorum, Ludus talarius, *Le ieu des osseletz.*

Hic talus, Hic taxillus, diminutiuum.

Talarius, adiectiuum est.

Cicero, *A dde his, si placet, vnguentarios, saltatores, totumque ludum talarium.*

Talus quid propriè sit, alibi diximus. Græcè autem astragalus dicitur.

Ludere astragalus, idem quod Ludere talis.

Louons aux tablettes.

44

Certemus calculis missilibus.

Ludamus orbiculis.

Hic orbiculus. Hic & hæc missilis, & hoc missile.

Louons a per ou non.

45

Ludamus par impar.

Horatius, *Ludere par impar: equitare in arundine longa.*

A. *Louons aux dames.* **B.** *Nous n'auons point de tablelier.*

46

A. Ludamus calculis. **B.** Non habemus fritillum.

Calculi, sunt orbiculi, quibus luditur in fritillo. *Les tables pour iouer aux dames, ou aultre ieu du tablier.*

Martialis, Hic tibi bisfeno numeratur tessera puncto.

Calculus hic gémino discolor hoste perit.

Varietas. Calculi, Scrupi. Apud Budæum.

Hic fritillus, est tabula lusoria. *Vng tablier pour iouer aux dames, ou aux eschetz, ou a quelque aultre ieu.*

Varietas. Fritillus, Aluceus, Alucolus.

Tabula interpiçta, pro fritillo dicitur ab Hieronymo Vida : qui nostra ætate de ludo latrunculorum carmine scripsit eleganti.

¶ *Iouons aux eschetz.*

47

Ludamus latrunculis.

Hic latrunculus.

Martialis etiam latrones appellauit: sed metri (vt opinor) causa.

Versus, *Les renees du tablier.*

Octoni versus etiam dicuntur, quia octonis distincti sunt quadrulis. *Pource qu'il ont chascun huit petit lieux quarrez, dont les quatre sont d'une couleur, les aultres quatre d'une aultre.*

Varietas. Versus, Sulcus, Orbita, Ordo.

Reges, *Les roys.*

Reginæ, *Les roynes.*

Equites, *Les cheualiers.*

Cyclópes, *Les rocs.*

Centauri, *Les fols.*

Pédites, *Les pions.*

Primus ordo, *La premiere renee: C'est a dire Deuers ce luy qui ioue. & en ceste renee sont tant d'une part que d'aultre les roys, les fols, les cheualiers, & les rocs.*

Secúndus ordo, *La seconderenree: en laquelle sont les pions tant de l'une part, que de l'aultre.*

Rex non est in sua statióne. *Le roy n'est pas en son lieu.*

Varietas, Statio, Domus, Sedes, Quadra, Quádrula.

Plura de latruncolorú ludo apud Hieronymum Vidam:
ex quo hæc páucula ferè desumpsimus.

¶ Veuls tu que ie soye des tiens a la paulme? 48

Vísne vt sim collúfor tuus in lusu pilæ?

Vis me collusorem tibi?) Sub. Esse.

*¶ Que ie soye des tiens a iouer. Que ie soye d'avecques
toy. Que ie soye de ton costé a iouer.* 49

Fac sodes, iungar tibi. Admitte me collusorem.

Fac rogo, sim de tuis collusoribus.

Pátere quæso, vt collúdam tecum.

Recipe me quæso in tuorum numerum.

Sodes, est blandientis aduerbium, seu mauius interiectio:
quasi tu dicas, quæso, rogo, óbsecro.

*¶ C'est tout ung côme nous soyôs: c'est a dire Il ne peult
chaloir comme la partie soit faicte.* 50

Parum refert, cui quis iungatur.

Nihil interest, quem quis parem fortiatur.

Varietas. Parum, Non admodum.

¶ A. Hau Pierre, iouons a la paulme. B. J'ay partie. 51

A. Heus Petre, ludamus pila. B. Iam sunt mihi collusores.

Iam collusores fortitus sum.

Iam mihi pars est cum aliis.

¶ Iouons a iensy. 52

Colludamus pila certátim excipienda.) Híc enim cer-
tatur vter, aut quis (si multi sint) pilam excipiet: meliór-
que censetur eius conditio qui excipit, quàm qui mit-
tit. Hic enim est táquam minister: ille, quasi dominus.
Vnde qui pilæ exceptoré detrusit, solet dicere, *I'en suis:*
c'est a dire Je suis en ieu. Pro eo quod Latine dici po-
test, Mea est pila.) Quod & prouerbialiter dicitur, pro
eo quod est, Ego vici. Plautus.

*¶ A. Veuls tu iouer avec moy? B. Tu es trop grand pour
moy: ie neulx iouer avec mes pareils.* 53

A. Vísne mecū ludere? B. Tu es maior,quàm vt tibi respondeam. volo paribus colludere.

Horatius, Gestit paribus colludere.) De puero loquitur. Paribus autem datius est.

Varietas. Colludere paribus, Ludere cum paribus.

Respōdeam.) pro Respōdere possim. Modus potentialis.

Je iouons a peloter, tricoter.

54

Ludamus pila datātim. Plautus.

Il y a mis ma pelote trois fois tout de renc en la foussette.

55

Ter pilam continenter in cauum misi.

Hic cauus, vel hoc cauum, caui: Id est Foramen.

Virgilius, Inuentusque cauis bufo.

Ba, laisse moy, ie ne ueuls pas iouer. Pource que ie suis tout fâché.

56

Hem, mitte me óbsecro: nunc non est mihi in ludo animus: quia totus tædio confectus sum.

Varietas. Non est mihi in ludo animus, Alienus sum à ludo, Abhorret animus à ludo.

Je suis las de iouer.

57

Ludendo sum defessus. Ex Terentio.

Lassus, Latinum est: sed alibi conueniet.

Je suis si las de iouer a la paulme, que ie ne puis auoir mon haleine.

58

Ludo pilæ ita sum fatigatus, vt totus anhêlem.

Varietas. Vt totus anhêlem, Vt toto anhelem pulmône,

Vt prorsus anhêlus sim.

Hic pulmo, Le poulmon.

Anhelare, Haleter: C'est quand on est si las de courir, ou d'aulture trauail trop uehement, qu'on ne peult respirer. Gallicè dici solet, Je suis a la grosse haleine.

In morem suis anhelat. Il souffle comme ung pourceau.

Anhêlus, anhela, anhelum: Qui est a la grosse haleine.

Anhelus equus, Vng cheual poussif.

Suspiciosus equus, idem quod anhelus equus. Columella.
Sic, homo suspiciosus, *Vng homme poussif, ou Qui ha cour
te haleine.* Plinius.

¶ A. *Je gage que cestuy la ne gaignera pas.* B. *Que sy.* A.

Que non, pour deux esgullettes. B. *Je suis content.* 59

A. *Diuino illum non fore victorem, idque facta spon-
sione.* B. *Ego contra diuino: adeoque restipulor.* A. *Ego
item contra: idque duabus ligulis in sponsonem de-
positis.* B. *Consentio.*

Ego item contra: Sub. *Diuino.*

Idque: Sub. *Facio.*

Restipulari dicitur is qui cum eo certat, qui spon-
sione prouocauit. *celuy qui gage contre le premier qui a es-
sailli a gager.* Sic vsus est Valerius.

Proprie tamen hoc dicitur suscipere sponsonem. Nam
restipulari ad alium contractum pertinet.

¶ *Veuls tu iouster aux noix?* 60

Vis iuglandium certare compressione?

¶ *Veuls tu faire iouster ta noix contre la mienne.* 61

Visne cum mea iuglande tuam committere?

Vis committamus vnà iuglandes nostras?

Visne iuglandes nostras inter se committamus? Iuglan-
des: Sub. *Nuces.*

Nux iuglans, *Vne noix.* Hæc iuglans, iuglandis.

Nux est generale nomen: de quo alibi admonēberis.

¶ *Iouste contre luy de ma noix.* 62

Certa cum illo mea iuglande.

Cum illius iuglande meam committe.

¶ *Je te donne ma noix sur ta conscience.* 63

Meam iuglandem in fidem tuam depono. *Je te baille ma
noix en ta fiance.*

Iuglandem meam tibi committo. vel,

Tuæ fidei committo.

¶ *Ma noix a abbatu la tienne.* 64

Iuglans mea tuam deiêcit. Mea iuglande tuã decuffi.

¶ Si tu fais quelque tromperie: i'auray ta noix. 65

Siquam feceris fallaciã : iuglandem tuã mihi vendicabo.

¶ A maſſe tout. Serre tout. 66

Cóllige iſtæc omnia.

¶ De tout ce que i'ay : C'eſt a dire Je te defie de tout ce que i'ay. Je ioue de tout ce que i'ay d'argent, ou de noix, ou d'eſgullettes. 67

Depôno, quicquid mihi reliquum eſt.) Depôno: Sub. In ludum.

¶ Je l'ay meilleur que toy d'ung doigt. 68

Vinco te vno digito.

Vno digito te præcedo. Sic,

Vno pede, D'ung pied: Semipede, D'ung demi pied: Sefquipede, D'ung pied & demi: Duob⁹ pedibus, De deux piedz, &c.

¶ Ce m'eſt tout ung: ie ne puis que perdre tout. 69

Fortunam paruiendo : nihil grauius accidere poteſt, quã vt ſemel perdam omnia.) Accidere: Sub. Mihi.

Semel: Tout a une fois, tout a ung coup.

Item S E M E L: Id eſt Vno verbo. Tout a ung mot.

Dic mihi ſemel, quid me velis. Di moy tout a ung mot, que c'eſt que tu me ueuls.

¶ Nous auons gaigné: C'eſt a dire Nous auons la uictoire du ieu. 70

Vicimus.

¶ Vous auez perdu: C'eſt a dire Vous eſtes uaincu. 71

Victi eſtis.

¶ Nous auons perdu. 72

Victos nos fatêmur.

Cédimus victoria.

¶ Combien as tu gaigné? 73

Quantum lucratus eſ?

Quid lucrificiſti?

Quantum feciſti lucrî?

- ¶ *J'ay perdu quatre esgullettes a ce ieu icy.* 74
 In hoc ludo quatuorligulas perdidit.
 Varietas. Perdidit, Amisi.
 ¶ *Tu m'as osté ce ieu.* 75
 Hanc victoriam mihi præripuisti. Tu m'as emporté cela.
I'estoye tout prest de le gagner si tu ne l'eusses gaigné.
 ¶ *Tu m'as fait perdre ce ieu.* 76
 Hanc amisi tua culpa victoriam.
 Tua culpa hæc victoria mihi elapsa est.
 Tua imprudentia hanc mihi victoriam abstulit.
 ¶ *Tu as perdu ce ieu par ta faulte.* 77
 Tua ipsius culpa istam victoriam amisisti.
 ¶ *Nous ne iourons point aujourdhuy: pource qu'il fait mauuais temps.* 78
 Tempestatis causa hodie ludo prohibebimur.
 Hodierna tempestas nos ludo prohibebit.
 Quia nubilum est, hoc die non licebit ludere.
 Tempestas hoc in loco significat quod vulgo dicitur,
Indispositio temporis. Ex Cicerone.
 Tempestas cæli, pro eodem. Plinius.
 ¶ *A. Donne moy, donne moy, ie te porteray. B. Ie n'en feray rien, tu es trop petit, tu ne me pourrois soutenir.* 79
 A. Veni, veni ad me, ego te in humeris feram. B. Non patiar : tu nimis es breui corpore : nec me posses sustinere.
 ¶ *Tu es trop foible. Tu n'es pas assez fort.* 80
 Tu es nimis imbecillis.
 Tu es imbecillior.) Sub. Quàm opus sit ad hanc rem.
 Non satis es validus.
 Varietas. Imbecillis, Imbecillus, Infirmus, Infirmo corpore, Debilis.
 Varietas. Validus, Robustus, Valido corpore, Robusto corpore.

¶ *J'ay une bonne toupie : ie ne uouldroye pas ne l'auoir achetee.* 81

Habeo optimum turbinem : nollem non emisse.) Sub, Hunc, vel cum, vel illum.

Varietas. Nollem non emisse, Non me poenitet mercatum esse, Non poenitet me emptiōnis.

¶ *Veuls tu iouer a la trompe avecques moy?* 82

Vis mecum versare turbinem?

Varietas. Versare, Agitare, Voluere, Rotare, Torquere.

¶ *Me ueuls tu uēdre ung fouet, pour iouer a la trōpe?* 83

Vísne mihi vendere flagellum ad versandum turbinem

Opus est mihi vérberere ad versandum turbinem. Il me fault ung fouet a mener ma trompe.

Hoc verber, vérberis: Hoc flagellum.

Virgilius, Vólitans sub verberere turbo.

Hic turbo, túrbinis, vng sabot, ou une toupie, ou une trompe.) Lutetiæ dicitur, vng sabot: Alibi ferè, vne trompe.

Buxcus turbo, vne trompe de bouys.

¶ Turbo corneus: Id est Ex cornu.

Mandandi, Iu-

B E N D I, P R Æ C I P I E N D I.

C A R V T X X X I X.

¶ *Ton pere dit que tu uiennes parler a luy.* 1

Iubet pater ad se venias.) Iubet: Sub. vt.

¶ *N'est ce pas assez dict?* 2

Satin' hoc mandatum est tibi?) Satin' pro fatísne, more comicorum.

Non satis est repetitum? Non toties dixisse fat est?

Satisne hoc tibi inculcatum est?

Inculcare, Dire quelque chose a une personne beaucoup de fois & bien souvent.

Mandare, Bailler charge ou commission de faire quelque chose sans rien promettre.

Hoc mihi mandauit pater. vel,

Hoc mihi pater in mandatis dedit. Mon pere m'a enchargé cecy. Il m'a baillé ceste commission.

Quelle commission auez vous de luy? Commission: c'est a dire charge. 3

Quid ab illo in mandatis habes? Ex Liuio.

Quelle commission ha il du roy? 4

Quid habet à rege in mandatis?

Apporte tout a ung coup: c'est a dire Tout ensemble. 5

Vna opera totum affer. Affer semel omnia.

Afferto simul omnia.) Semel, Tout a une fois.

Eâdem opera totum apporta.

Arreste toy. 6

Resiste. Siste pedem. Siste gradum.

Consiste istic. Arreste toy la ou tu es.

Vous ne vous estes pas arrêté. 7

Non constitisti.

Attens Pierre, ie te ueuls dire quelque chose. 8

Siste gradum Petre, paucis te volo.

Heus tu resiste: est quod te velim conuenire.) Id est Aliquid est propter quod volo te alloqui.

Arreste le. 9

Rétine illum.

Terentius, Asséquere, ac rétine: dum huc ego seruos éuoco. CHRE. Etenim nequeo solus: accurre huc.

Courez vous en deuant uistement, a fin que tout soit prest a la maison. 10

Abi, præcurre: vt fint domi parata omnia.

Laisse moy faire de cecy. 11

Dede id mihi negotii.

Dede id mihi negotium.) Hoc est Arbitrio meo totum illud permittite negotium. Laissez moy ceste charge la,

*LaisseZ moy cela a faire, DonneZ moy ceste commissiõ,
LaisseZ m'en faire, LaisseZ moy faire de cela.*

Da mihi id negotii. Permite istud mihi.

Committe mihi rem totã. LaisseZ m'en toute la charge.

**Dare negotiũ, vel dẽdere negotium, Donner charge spe-
ciale, charge particuliere de quelque affaire. Vtrõque
vtitur Terentius.**

Dedit mihi hoc onus. Vide sub capite DARE.

¶ Destache toy. 12

Solue tibialia.

Exolue ligulas tibialium.

¶ Allume la chandelle. 13

Accende candelam.

¶ Esclere moy. 14

Præluce mihi. Præfer mihi lumen.

**Seruus prælucens, celui qui sert de porter la lumiere
deuant son maistre. Græcẽ Daduchus, teste Budæo, di-
citur.**

**Illustrare solem facibus. Esclerer au soleil. Prouerbi-
um est, quo significamus quempiam velle rebus per se cla-
rissimis modicam lucem dare: vnde magis etiam ob-
scurentur. Ex Alciato.**

¶ Ou commenceray ie? 15

Vnde incipiam? Vnde initium sumam?

Vnde exordiar?

¶ Ou commenceray ie a lire? 16

Vnde incipiam recitare?

Vnde faciam legendi initium?

¶ Commence la ou tu demouras dernièrement. 17

**Incipe, vbi proximẽ finieras.) incipe: Sub. Indc: Hoc est
Incipe ab eo loco, vbi tu finieras.**

Varietas. Finieras, Desieras.

Désino, désinis, desui, & per syncopam desii.

Hoc in loco proximẽ desieramus. Nous estions derniere-

ment demourez en ce passage.

¶ *Lis tout hault.*

18

Récita clara voce. Récita claré.

¶ *Di tout hault & cler, que chascun l'entende.*

19

Loquere claré. Dic claré. Dic clara voce.

Terentius, Vnde est, dic claré.

Valerius, Clara voce respondit.

¶ *Parle plus hault.*

20

Attolle vocem, Loquere clarius.

¶ *Parle plus fermè. Efforce toy de parler.*

21

Intende vocem.

¶ *Ne t'efforce pas tant de parler.*

22

Remitte vocem.

¶ *Lis le roule.*

23

Récita catálogum.

¶ *Il porte le roule. Il est normateur.*

24

Est recitator catálogi.

Præfectus est catálogo.) Sub. Recitádo. Sunt qui nomenclatorem dicant, à similitudine eorum nomenclatorũ, quibus olim Romæ candidati vtebantur.

Est obseruator. Il est notateur. Il porte le roulet de ceulx qui parlent François, &c.

¶ *Leue & uous.*

25

Surge.

Erige te ipsum, tu planè incuruus es. *Dresse toy, tu es tout accourbi.*

¶ *Leue toy de dessus moy.*

26

Attolle te à corpore meo,

¶ *Leue & mon couteau qui est tombé a terre.*

27

Tolle meum cultellum, qui humi décidit.) Id est In terram.

Decidit ad terram. Il est cheut a terre. Ex Plauto.

¶ *Leue & moy.) Hoc dicunt paruuli colludentes: cum se vicissim leuant, & ferunt,*

28

Erige me. Attolle me. Leua me.

Liuius, Mox aqua leuata vento.

Varietas. Leua, Tolle, Attolle.

¶ Quand on le uouloit battre, & luy de fuir. 26

Cum iam iam verberandus esset, fuga salutem expedituit.

Cum sentiret sibi parari verbera, fuga salutem consuluit.

Cum videt sibi plagas imminere, statim sese proripuit.

Cum se videret iam iam flagris admouendum, coniecit se in pedes, quantum potuit.

Cum iam iam verberandus esset: *¶ Quand il estoit pres d'estre batu.*

¶ Il a este fessé par les carrefours, pource qu'il auoit coupé une bourse. 27

Quia crumenam secúerat, flagris compitatum casus est.

Admotus est flagris. *¶ Il a eu la fessée.*

¶ On l'est alle executer: C'est a dire Pendre, ou brusler, ou descoller, ou escarteler, ou boullir. 28

Ad capitale supplicium perductus est.

Religiōnis.

C A P. I.

Il sera demain feste. 1

Cras festus erit dies.

Festus dies, *iour de feste.*

Feriatuſ dies, Idem quod festus.

Plinius, Qui profestis diebus ageret quod feriatuſ deberet.

Profestus dies, *iour ouurier, iour ouurable, iour de besongne.*

Horatius, Qui Veientanum festis potare diebus

Campāna solitus trulla: vappamque profestis.

Quidam (vt Gellius & Macrobius) neutro genere festum dicunt: ego malim dicere, festum diem.

Il sera demain la saint Pierre. 2

Dies crastinus diuo Petro dicatus est.

Cras erunt diui Petri feriae.

Cras erit diuo Petro festus dies.

Craſtinus dies sacer est diuo Petro.

Possunt etiam more antiquo fingi propria nomina, pluralia tantum: vt Remigialia, *La saint Remy*: Martinialia, *La saint Martin*. Qualia fingere solet Budæus, quoties vsus venit. Sed in his videndum est, ne vocis insolentia eruditis auribus displiceat.

Je fais auourd'hui la feste. Je ne fais rien. 3

Hodie sum feriatuſ. Hic festus est mihi dies.

Hodie ferias ago. Obseruare ferias. vel,

Seruare festos dies, *Garder les festes: c'est a dire Ne faire rien les iours de feste.*

Polluere ferias, *Violer les festes, besongner les festes sans necessite.*

A. i.

Celebrare festum diem, *Faire la feste, célébrer la feste, solenniser la feste.* Dicimus etiam per metaphoram, *Hodie sum feriatus. Je suis de loisir aujourd'hui.*

Statiuæ feriæ: quæ vulgo *Festa fixa* dicuntur.

Natali C H R I S T I die, statiuæ sunt feriæ: Hoc est quod vulgus dicit, *Natiuitas C H R I S T I est festum fixum.*

Stata feriæ, iucm quod Statiuæ feriæ.

Concepiuæ feriæ, *Les festes mobiles*: vt sunt Liberalia, *comme la feste de Pasq. es.*

Imperatiuæ feriæ, *Les festes qu'on commande extraordinairement*: *comme quand on fait quelque procession solennelle: & on fait crier publiquement, que ce iour la on ne face rien.*

Varietas. Imperatiuæ feriæ, Extra ordinem feriæ, Indictiuæ feriæ, Indictiæ feriæ.

Indictiuæ autem feriæ dicuntur: quia solent per præcônes indici populo.

Præcônes, *Les crieurs publics d'une uille.*

Præco vinarius, *Vng crieur de uins.*

Indicere ferias, etiam pertinet ad sacerdotes, *Commander, ou denoncer les festes au peuple.* Quod palàm in templo fieri solet à curione, aut eius vicario rem diuinam faciente, dum in septimo quòque die (qui dominicus dicitur) rudem plæbeculam admonent de feriis tota seruandis hebdomade. Sic &c.

Indicere ieiunia, *commander les ieunes.*

Sacerdotes populo ieiunia indicunt: ea ipsi rarò seruant. Satis habet plerique sacerdotes indicere ieiunia. *Il suffit a plusieurs prestres de commander les ieunes.*

Publicæ feriæ, *Les festes qu'on garde par toute la uille.*

Priuatæ feriæ: Id est Quæ in singulis curiis peculiariter obseruantur. *Les festes qu'on garde particulierement en chascune paroche: ou celles aussi qu'aucuns en particulier gardent en leur maison, par maniere de quelque*

deuotion.

¶ *Il faudra ieuner demain.*

Indictum est in crastinum diem ieiunium,

Cras futura est cibi abſtinentia.

Cras agemus esuriales ferias.) Iocus est Plautinus.

¶ *Il ieune tousiours les ieunes de commandement.* 5

Diligenter seruat indicta ieiunia.

¶ *On a crie par la uille qu'il sera demain feste.* 6

Indictæ sunt in crastinum diem feriæ:

Cras agentur indictiæ feriæ.

¶ *On uient de crier qu'il est lundî feste.* 7

Indictæ sunt modò in proximum diem lunârem feriæ.

¶ *On a auiourdhuy crie qu'il est mardi feste.* 8

Hodie vicatim indictæ sunt feriæ in Martium diem proximum.) Vicatim: Id est Per vicos, *Par les rues.*

Sic compitatim: Id est Per cõmpita, *Par les quarrers.*

Regionatim: Hoc est Per singulas vrbis regiones. *Par chascun quartier de la uille.*

Lunaris dies, *Lundi.* Martius dies, *Mardi:*

Mercurialis dies, *Mecredi.*

Venerius dies, *Vendredi.*

Saturnius dies, *Samedi.*

Hæc dicuntur elegantius, quàm dies Lunæ, &c.

A Iupiter adiectiuum non légi: ideóque consuétõ more dicetur, Iouis dies.

In Iustiniâni códice legitur etiam Solâris dies: sed venerationis causa malo equidem semper dominicum diem appellare.

Sciendum tamen illa dièrum nomina, quod vsquam légerim, non fuisse in vsu apud antiquissimos. Illi enim omnem dierum supputatiõnem per Calendas, Nonas, & Idus faciebant. Quod & doctissimi quique adhuc obseruant.

Dices latinè, Primo die hebdomadis, secundo die hebdomadis, & deinceps: pro, die Lunæ, die Martis, &c.

Visam te primo die proximæ hebdomadis. *Je vous iray ueoir le premier iour de la septmaine qui uient: c'est a dire De la septmaine prochainement uenant.*

Visam te proximo lunari die. *Je vous iray ueoir lundy prochain.*

Intra octo dies te inuisam. *Je uous iray ueoir dedans huit iours: c'est a dire Entrecy & huit iours, Deuant qu'il soit huit iours.*

Varietas. Intra octo dies, Intra octauum diem, Ante octo dies, vel Ante octauum diem.

Octauo die te videbo. *Je vous uerray d'icy a huit iours: c'est a dire D'aujourdhuys en huit iours.* Octauo die: Sub. Hinc: Id est Octauo, ab hoc, die: Imperiti dicunt, *De hodie in octo diebus.*

Visam te octauo die à Lunari proximo. Sub. Die. *De lundy prochain en huit iours, ie vous iray ueoir.*

Quarto die proficiscar, vt te visam. *Je partiray d'icy a quatre iours pour uous aller ueoir.*

Die huius hebdomadæ tertio de causa mea pronuncabitur. *Mon proces sera uindé Mercredi.*

Quarto quòque die hebdomadis nostrates huc commentabellarii, *Tous les Teudis les messagiers de nostre pais uiennent en ceste uille.*

Commeare dicuntur, qui vltro citróque eunt ac redeunt: vt mercatores siue negotiatores. *C'eulx qui vont & viennent en quelque lieu: comme font marchans.*

Sacerdotes dicunt, secunda feria, pro lunari die: & deinceps, vsque ad sabbathum: sed hoc nullo exemplo latinatis: cum FERIAS numero tantum multitudinis antiqui dixerint.

Sabbathum, vel Sabbathi diem ex ritu Iudæorum dicimus: qui hunc diem ex veteri præcepto Dei sacrum

habent.

Sabbathum: Id est Requies. Nomen est ex Hebræo declinatum.

¶ A Paris on crie tous les iours plusieurs enterremens.

Parisiis quotidie multa indicuntur funera.) Vnde funus indictum, vel funus indictiuum, L'enterrement qu'on crie par lauille pour quelcun qui est mort.

Præcones ferales: Id est Funerum indictores, Ceulx qui crient les enterremens par lauille.

Sunt etiam ferales præcones, qui cum tintinnâbulis funus præcedunt. Ceulx qui vont sonnant les clochettes deuant ung corps quand on luy fait ses funerailles. hi, Græce codonophori (Id est tintinnâbula gestantes) dicuntur. Iidem quoque dici possunt antambulones atrati. Ex Budæo.

Daduchi, qui in funeribus quoque gestant funalia. Ceulx qui portent les torches es enterremens.

Daduchi atrati, Quand ilz ont robes de dueil en portant les torches.) Hoc funale, Vne torche.

¶ On uient de crier ung enterrement. 10

Modo indictum est funus.

¶ On a crie qu'il y aura demain procession. On a crie la procession pour demain. 11

Indicta est in diem crâstinum supplicatio.

¶ La court a ordonné qu'on feroit processions pour le roy. 12

Curia decreuit regis nomine supplicationes.

Decretum est à curia, vt regi supplicetur.) Id est In gratiam regis, vel, Regis nomine.

Regis nomine supplicationes indictæ sunt. On a commandé faire procession pour le roy.

Edixit rex vtsuo nomine supplicatio haberetur. Le roy a commandé qu'on fist procession pour luy.

- ¶ *Demain on fera proceſſion generale.*
 Cras tota vrbe ſupplicationes futurae ſunt. 13
 Tota vrbe cras habebitur ſupplicatio.
 Tota ciuitas craſtino die ſupplicabit.
 ¶ *Il eſt alle a la proceſſion.*
 Iuit ſupplicatum. 14
 Ad ſupplicatiõnem profectus eſt.
 ¶ *On a fait auiourd'huuy une belle proceſſion.*
 Hodie fuit celebratiſſima ſupplicatio, vel celeberrima. 15
 Hoc die frequenti populo ſupplicatum eſt.
 ¶ *Il n'y auoit aucun ordre a la proceſſion. C'eſtoit toute
 confuſion.*
 Vaga & ſine ordine fuit ſupplicatio. Ex Liuiõ. 16
 ¶ *I'ay ueu paſſer une belle proceſſion.*
 Vidi prætereuntem celeberrimum cõtum populi ſup-
 plicantis. 17
 Vidi frequenti conuentu populũ ſupplicantẽ prætere.
 ¶ *On a fait a ſte annee par pluſieurs iours proceſſions
 pour les uignes.*
 Hoc anno multos dies ſupplicatum eſt pro vitibus. 18
 Viciũ ſeruandarum cauſa hoc anno multorum diẽrũ
 ſupplicationes habitae ſunt.
 Nomine viciũ, ſupplicationes poenẽ quõtidianae hoc
 anno factae ſunt.
 ¶ *Demain ſil pluſt a Dieu, ie me confeſſeray.*
 Craſtino die de peccatis, Deo duce, conſitẽbor. 19
 Adibo cras de conſcientia mea ſacerdotem.
 Die craſtino de vita mea ſacerdotem conſulam.
 ¶ *I'ay trouue ung bon preſtre qui m'a bien confeſſe.*
 Auditorẽ confeſſionis naetus ſum ex ſententiã. 20
 Obligat mihi optimẽ ſacerdos auricularius.) Op. imẽ Id
 eſt Opportune.
 Auditor eſt confeſſionis, docti quidam confeſſarium vocat.
 ¶ *Il examine bien la conſcience.*
 21

Optime scrutâtur arcâna cordis.

Cuiuslibet errati diligentissimus est inquisitor.

Probè rimatur animi penetra'ia.

Quàm prudenter latebras pectoris inuestigat!

Il confesse en nostre college.

22

Arcânas audit confessiones in nostro gymnasio. Ex Paulo Amilio.

Il est derriere le grand autel.

23

Sedet pone aram maximam,

Est post aram maximam,

Post, Derriere.

Retro, Arriere. vt, Retro cede, Tire toy arriere. Et est separandi aduerbium.

Pone, antiqua est præpositio, pro P O S T. Interdum est aduerbium.

Virgilius, Ponè subit coniunx.) Id est A tergo.

Il tourne le cul a Dieu.

24

Auersus est altaribus.

Il aide a chanter a ung prestre.

25

Ministrabam sacerdoti cuidam, rem diuinam facienti.

Ceste annee a la saint Estienne, il faisoit beau ueoir ceulx qui dansoyent par la uille.

26

Hoc anno diui Stephani feris pulcherrimum fuit vicatim saltantium spectaculum.

Pulcherrimum quidem fuit stultorum oculis: verùm optimo cuique tristissimum. Quis enim pius cultor I E S V C H R I S T I non doleat, non ingemiscat, cum videt æterni Dei cultum pollui dæmonum sacrificiis? Non enim talibus pompis aut spectaculis colitur ille Deus noster: sed cordis puritate, sed mentis integritate, animo sincero, pia precatone. Non quærit probè salantium choros ad ostentationem: sed purè psallentium cœtus ad gloriam ipsius congregatos. Amat cultores apertos, non personatos saltatores. Quòd si in dæmonum cultu eth-

A.iiii.

nicus ille Romanorum senatus olim Bacchanalia sū-
 stulit: cur in ecclesia Dei hæc tolerantur, quæ Bacchana-
 liorum speciem omnino referunt? Videte igitur adole-
 scentuli (vobis enim scribo) ne errore decepti multitudi-
 nis imperitæ, vobis persuadeatis hæc religionis esse, quæ
 religionis prætextu fiunt: re autem verâ tendiculæ & la-
 quei sunt diaboli ad capiendas miserorum animas: vt mi-
 seris modis miseræ torquantur. Atque vtinam vestris
 & piorum omnium precibus aliquando fiat, vt gloriosis-
 simus & Christianissimus Franciscus Francorum rex de
 hac nefanda superstitione diuino spiritu admonitus, Bac-
 chanalia ista (hoc est dæmonum pabulum) tollat, proflig-
 get, exterminet, aboleat. Fâcinus profectò futurum illi
 multo maiori ornamento, & veræ gloriæ, quàm olim
 aut Pompeio Magno, aut Cæsari, tantus victoriarum at-
 que triumphorum catalogus. Etenim quæ res vnquam
 gesta est in bello tanta? Quis triumphus cum eo confe-
 rendus, quo superbissimus hostis totius humani generis
 debelleretur, ac regno tam latè patenti spoliaretur? Faxit
 Deus Optimus Maximus, vt omnes de hac victoria pro-
 pediem canticum palmarium concinamus. At vos opti-
 mi adolescentes interim audite formidandam **SERVA-**
TORIS nostri in eiusmodi saltatores sententiam, Væ,
 inquit, vobis qui nunc ridetis: quia lugebitis & flebitis,
 Ex Lucæ Euangelio, capite sexto.

Ad rem perti-

NENTIA, ET NON PER-
tinentia.

C A P. L I.

*Que t'en fault il? Qu'en as tu a faire? Et bien, qu'en
ueuls tu dire? De quoy te mesles tu?* 1

Quid ad te hoc pertinet?

Quid ad te?) Sub. Hoc pertinet.

Quid tua refert? Quid tua interest?

Quid tua?) Sub. Refert vel interest.

Cur id curas, quod ad te nihil attinet?) Id est Quod tua
nihil interest. *Pourquoy te soulcie tu de cela qui ne te
touche en rien: c'est a dire De quoy tu n'as que faire.*

Varietas. Attinet, Pertinet, Spectat.

Cela ne me touche point. 2

Illud ad me non pertinet.

Ad me nihil istud attinet.

Id negotium nihil ad me pertinebat. *c'est affaire la ne
me touchoit en rien. Je n'auoye que faire de cela.*

Non est meum negotium. vel,

Id mea nihil refert. *Je ne m'en mesle point. ce n'est pas
mon affaire.*

Cela ne te touche en rien. 3

Illud tua non refert. Ad te nihil attinet.

(Tu n'as que ueoir en cecy.) Hoc genus loquendi idem
cum superiore significat. 4

Hoc nihil interest tua.

Hæc res ad te nihil pertinet.

Cela ne me touche aucunement. 5

Illud mea nullam in partem interest. Cicero.

- ¶ *Cecy te touche de bien pres.* 6
 Hoc ad te maximè pertinet. Hoc tua plurimum refert.
 Permultum nostra interest.) Sub. *Illud. cela nous touche
 de bien pres.*
- ¶ *Cecy me touche grandement.* 7
 Hoc ad me valde pertinet.
 Ad me vèhementer attinet.
- ¶ *Qu'ay ie a faire de a la? En quoy me touche cela?* 8
 Quid mea?) Sub. Refert, vel interest.
 Quid illud ad me?) Sub. Pertinet.
- ¶ *Tu ne me respons point a propos.* 9
 Nihil ad rem.) Sub. Respondes, vel dicis. *Tu ne respons (ou
 dis) rien a propos.*
 Nihil ad carmen.) Sub. Respondes, aut dicis : Hoc est De
 hoc non interrogabam. *Ce n'est pas a propos de ce que
 ie demandoye.* Prouerbium.
- Orationi meæ quæso, verbis subseruias. *Te te prie say bon-
 ne mune, et me respons bien a propos.* Ex Terentio.
- ¶ *Il ne respond iamais a propos.* 10
 Nunquam ad rogatum respondet. Ex Cicerone.
- ¶ *Il en dit plus qu'on ne luy en demande.* 11
 Plus respondet, quàm ad rogatum.
- ¶ *Quand ie luy parle d'ung, il me respond d'aultre. Il
 corne a gauche. Il tourne la truye au fein.* 12
 De aliis loquenti, de capis mihi respondet.) Prouerbium
 est.
- Allia, Des aulx. Hoc allium, allii.
 Cæpe, Des oignons. Hæc cæpa, cæpæ.
 Alliatu es.) Id est Tu oles allia. *Tu sens les aulx.*
- ¶ *Tu penses a aultre chose. Tu ne pense pas a ce que
 ie te dy.* 13
 Alias res agis. *Tu fais des chasteaulx en Espagne.*
 Aliud cõgitas.
 Aliud agis. *Tu penses aultre chose.*

Non attendis mihi. Tu n'entens pas à ce que ie te dy. Tu n'y prens pas garde.

Tute hîc es, animus alibi. Tu es icy, mais ton esprit est bien aultre part.

Plautus, Egomet hîc sum: animus domi est.

Mens tua peregrinatur. Tu as l'esprit transporté.

¶ Quand on luy en parle, il fait semblant de penser aultre chose. 14

Cum de hac re conueniuntur, alias res agere se simulat.

¶ Cecy te seruirabien. 15

Hoc tibi plurimum conducet.

Poterit hoc tibi esse vsui.

Hac res non parum tibi conferet.

¶ Cecy ne me sert de rien. 16

Hoc nihil mihi conducit. Est mihi inutile.

Nulli est mihi vsui. Nihil confert mihi.

¶ Cecy ne sert de rien à nostre propos. cecy n'est point à nostre propos. 17

Hoc à nostro proposito aliènum est.

Hoc ad rem non pertinet.

Hoc propófito nostro nihil conducit.

Hoc nihil ad nostrum institutum.) Sub. Facit, vel pertinet.

Hoc nihil ad rem facit.

Nihil hoc pertinet ad nostrum negotium.

Quod dicis nihil huc attinet.

Propositum: Id est Res proposita, res de qua agitur. La chose qu'on a proposé & mis en train, pour en parler, disputer, & conferer ensemble.

Institutum: Id est Propositum.

¶ Ce n'est rien à propos. 18

Nihil ad rem attinet.) Sub. Id, vel istud quod dicis.

¶ Tout ce que tu dis ne sert de rien. ce n'est point à propos. 19

Quicquid dicis, nihil ad rem pertinet.

Quod dicis, nihil ad rem.) Sub. Pertinet.

*Ce n'est pas a propos de ce passage ou de ceste matie-
re.*

Huc non pertinet. Ad hanc rem nihil spectat. 10

Ad hunc locum non attinet.

Vous sortez hors de propos.

Digréderis à proposito. 21

Aberras ab incepto sermone.

Ab instituto sermone deerrat oratio tua.) Instituto: Id est incepto.

Aberras ab instituto, vel, à propósito.

Aberrat oratio tua.

Extra ordinem excurris. Metáphora à militibus.

Cela ne servira de rien a vostre proces.

Illud tuæ causæ nihil proderit. 22

Ad tuam causam nihil id pertinet.

Nihil ad tuam causam.) Sub. Id pertinet.

A tua causa istud aliènum est.) Istud: Quod scilicet dicis.

Causæ tuæ nihil id condùcet.

Hoc minime cónferet causæ tuæ.

Cecy me uiendra a proufit. cecy me proufitera. 23

Hoc mihi in vsum cedit. Ex Horatio.

*Pourquoy met tu ta peine en cela que tu scais bien
qu'il ne te pourra de rien servir?* 24

Cur in colabóras, quod satis scis, nihil omnino ad te pertinere?) Hoc est Quod scis, nihil tibi profuturum esse.

Pertinet hoc ad me.) Id est Ad meam vtilitatem. *cecy est a mon proufit.*

Varietas. Nihil omnino ad te pertinêre, Nihil omnino tua interesse.

Je ne suis point coupable de ce cas. 25

Hoc crimen nihil ad me pertinet. Cicero.

Non sum affinis huic crimini. Cicero.

Non sum huius criminis particeps. *Je ne suis point consentant ne participant de ce cas. ce cas ne me touche en rien.*

Sperandi, & de-

S P E R A N D I.

CAP. LII.

- ¶** *Je m'y attens encore. Encore y ay ie attente.* 1
 Adhuc spes est.) Sub. Mihi eius rei.
 Adhuc eam rem spero.
 Nondum despondi animum.) Hoc est Nondum spem
 abiici.
- ¶** *Je ne m'y attens plus. Je n'y ay plus d'attente.* 2
 Iam despèro. Iam despondi animum.
 Nihil spei reliquum est.
- ¶** *Il n'y a plus d'attente. Il n'y a plus d'esperance.* 3
 Res est deplorata. Desperata res est.
 Actum est.) Sub. De re illa. *c'en est fait.*
- ¶** *Je croy que ie m'en trouueray bien.* 4
 Spero hanc rem mihi euenturam ex sententia.
 Spero hoc mihi bene processurum.
 Hoc mihi successurum confido.
- ¶** *Je s'espere de mieulx en mieulx.* 5
 Spero in dies meliora.
- ¶** *Je uoy bien que i'ay perdu toute mon attente, ou espérance.* 6
 Ego, quantum video, omni spe éxcidi. Ex Terentio.
 Omni spe, satis scio, frustratus sum.
 Perspicuè video me prorsus omni spe falsum esse.
 Ego, quantum video, omni spe d'écidi. Ex Terentio,
 Omni expectatione, satis scio, frustratus sum.
 Abiit mihi spes omnis. vel,

Mihi spes omnis adempta est.) Hoc est Sperh omnem
abiici. *J'ay perdu toute esperance. Mon espoir est tout
failli.*

Abiit expectatiõne sua. Il a perdu son attente. Il en est fru-
stré. Il en est hors.

¶ *Lachese est en tel point, qu'il est bien tard d'y reme-
dier.*

In eum locum res adducta est, vt nunc serum sit reme-
dium. 7

¶ *Il est deuenu si anonchali, qu'il n'ha plus de courage.* 8

Ita sese parauit, vt nullus in eo reliquus sit animus.

In tantã deuenit inertiam, vt omnino fracto sit animo.

Ita deiectus est, vt nihil ei restet animi.

¶ *Qui ferroit on? Que uoulez vous qu'on en face? Quel
remede? Il n'y a remede. Ce qui est fait, est fait.* 9

Quid facias?) Hoc dici solet de re male gesta: quæ iam cor-
rigi non potest. quasi quis dicat, Nullum est remediũ;

Et est modus potentialis, pro eo quod vulgo dicitur,

Quid fieri posset ad hoc

¶ *Je n'y ay plus d'esperance.* 10

Eius rei nulla mihi spes reliqua est.

De hoc mihi spei reliquum est nihil.) Id est Nulla spes mi-
hi restat.

De hac re plane despero.

¶ *Ne vous attendez pas que ie vous aide.* 11

Non est, quod à me speres auxilium.

A me auxilium ne expectaueris.

Noli à me præsidium expectare.

A nobis frustra opem speres.

Varietas. Auxilium, Adiuumentum.

Stúdií, labôris,

I N D V S T R I Æ.

C A P. L I I I.

- ¶** *l'apprens par cueur Virgile tout par ordre.* 1
 Virgilianum carmen continenter edisco.
 Ex ordine Virgilium memoriæ mando.) Ex ordine: Id
 est Continenter, & sine vilo interuallo. *Tout par ordre,*
tout d'ung train, sans rien laisser entre deux.
- ¶** *A. Que fais tu? B. l'estudie mon texte.* 2
A. Quid agis? **B.** Edisco prælectionem. *l'estudie ma leçon*
par cueur.
- ¶** *l'e n'ay pas encore acheué d'apprendre ma leçon.* 3
 Nondum planè edidici prælectionem.) Planè: Id est O-
 mnino. *Du tout, totalement.*
 Prælectionem nondum perdidici.
 Volo describere prælectionem. *l'e ueulx faire ma leçon.*
 Habésne totam prælectionem? *Has tu toute ta leçon?*
 Dicta mihi prælectionem. *Nomme moy la leçon.*
- ¶** *Budé a monstré en Grec a Mainus. Mainus a appris*
en Grec soubz Budé. 4
 Budæus Maînum Græcè docuit.
 Maînus Budæum Græcè audîuit.
 Maînus Budæum habuit in Græcis literis præceptorem.
- ¶** *l'apprend bien. l'apprend facilement.* 5
¶ Probè discit. Facile percipit.
 Facillimè discit.
 Promptusest ad discendum.
 Discere, Apprendre.
 Ediscere, Apprendre par cueur.
 Perdiscere, Apprendre tout du long.

Addiscere, Apprendre quelque chose d'auantage : adiouster quelque chose a ce qu'on scauoit de su.

Disce puer, dum licet. Apprens ce pendant que tu as le temps.

Ille vnica hora quadraginta versus Virgilianos ediscit.
Il apprend par cueur quarante uers de Virgile en une heure.

Budæus, quanuis omnium doctissimus, semper aliquid addiscit.

¶ Il comprend bien: & a bonne retentiuue: c'est a dire il retient bien. Il a bone memoire. Il a une memoire bien ferme. 6

Facile percipit: fideliter continet.

Promptissimo est ingenio, faciliq; memoria. Il ha l'esprit bien uif, & bonne memoire.

Varietas. Facili memoria, Fideli, Pertinaci, Tenaci.

¶ Il apprend de bon cueur, de bonne affection. 7

Studiose discit. Ex Terentio. Ex animo discit.

Magnos in literis progressus facit. Il ua moult en auant.
Il proufite merueilleusement.

Mirum est, quantum proficiat.

Mirum in modum proficit. Il fait merueilles de proufiter.

Varietas. Proficit, Promouet.

¶ Il apprend par cueur tout ce qu'il uoit: c'est a dire tout ce qu'il list. 8

Quicquid legit memoriæ mandat.

Quæ legendo percurrit, ediscit omnia.

Quæcunque legit, statim memoria tenet.

¶ Il a estudei soubz Erasme. 9

Erasmo dedit operam. Auduit Erasmus.

Vsus est Erasmo præceptore.

Auditor fuit Erasmi. Fuit Erasmi discipulus.

¶ Il a estudei en latin soubz Syluius: & en Grec soubz Danesius. 10

Latinè dedit operam Syluio: Græcè Danæfio.

Syluium Latinè audiuit: Græcè Danæfium.

Doctores habuit. Latinè quidè Syluium: Græcè verò Danæfium.

¶ Il n'estudie plus si bien qu'il souloit. Il s'est relasché d'estudier. 11

Remisit studium. Refrixit eius studium.

In studio literario nunc est remissior.

Refrixit in suis studiis. Nunc in studiis est frigidior.

Varietas. Frigidior, Languidior, Remissior. Et apud Terentium, Omissior.

Intermisit studiū. Il a laissé son estude pour aulcun tēps.

¶ Il estudie a ceste heure plus fort, qu'il n'auoit de coustume. 12

Intendit studium.

Longè studiosior est quàm antea.

In studiis nūc longè est feruentior.) Sub. Quàm solebat.

Nunc studet attentius, feruentius, diligentius.

Nunc est ad literas attentior.

Studiosus, vng grand estudiant: c'est a dire Qui estudie beaucoup.

¶ Il est desbauché. 13

Omissio est prorſus animo.) Omissio: Id est Remisso. Terentius. Omissus, hīc nomen est: vnde comparatiuum omissior.

Omnino remissus est.

¶ Je suis tout fâché. Je suis tout ennuyé. 14

Totus tædio confectus sum.

Conficior tædio. Je meurs d'ennuy.

¶ Je ne me puis mettre a estudier. 15

Non possum me studio gnauiter accingere.

¶ Je suis tout desbauché. Je ne me puis mettre a riē faire. 16

Omnino sum remissus à labore.

B.i.

Omnino torpeo. Animo prorsus elanguo.
 Mihi animus prorsus elanguescit.

Animi languore pœnè deficio.) Id est Ob languorem.

¶ *Il a bien proufité depuis qu'il est uenu œans.* 17

Multum profecit ex quo est in hoc gymnasio.

Ex quo tempore se cõtulit in hoc gymnasium, plurimum promouit.

Maximũ fecit profectũ, postq̃ versari cœpit in hac schola.

¶ *Il s'est mis à estudier d'ung grand courage.* 18

Auidè quidem literas arripuit. Ex Cicerone.

Literas studiosè amplexus est.

Magno studio ad literas animum appulit.

Ad studium literarium se totum contulit. Ex Cicerone.

Varietas. Animum appulit, Adiunxit, Adiecit, Applicuit.

Ex Terentio.

Accingamus nos studio. *Deliberons nous d'estudier.*

Gnauiter accingam⁹ nos operi. *Besognons fort & ferme.*

Studere gnauiter, Studere diligenter: Id est Non pigrè,
 non remissè, non segniter. *Estudier a bon esiem: c'est
 à dire sans se faindre.*

¶ *Il ne fait aultre chose qu'estudier. Il estudie sans cesser.
 Il estudie sans fin.* 19

Semper studet.

Perpetuò studet.

Totus est occupatus in studio.

Nihil aliud quàm studet. Nihil aliud nisi studet.

Noctes & dies libris inhæret.

Dies noctesque vacat literis. Totus est in studio.

Nunquam non studet.) Id est Semper studet.

Affiduus est in literarum studio.

Nunquam studium nec intermittit, nec remittit.

Nulla est illi studiorum fatietas.

Nullum studii tempus remittit.

Semper in literis versatur. Nullum facit studèdi finè.

Nocturna diurnaque manu libros euoluit.) Id est Dies &

noctes. Ex Horatio.

Nullò vnquam tempore studium remittit. *Iamais ne se lasche d'estudier pour temps qui uienne.*

Constanter studet.

Pertinaciter studet. *Il estudie fort & fermè.*

Seneca, Quòd pertinaciter studes & probo, & gaudeo.

Flagrat amore literarum.) Hoc est Literarum amore vè hementer inflammatus est. *Il aime tant les lettres qu'il en brusle.*

¶ *Il ne prend point de recreation.*

20

Nunquam animo relaxatur. Cicero.

Nullò vtitur animi laxamento.

¶ *Vous le trouuerez tousiours avec ung cicero: c'est à dire vng euvre de cicero.*

21

Ciceronem de manibus ponere non solet.) Id est Depo- nere. Ex ipso Cicerone.

Nunquam de manibus Ciceronem ponit.

Semper habet in manibus Ciceronem.

Vix illum inuenias absque vilo Ciceronis opere.

Ciceronem semper in sinu gestat. *Il porte tousiours ung cicero en son sein.*

¶ *Pour estudier il a laissé la uie actiue.*

22

Discendi studio à rebus gerendis abductus est.

Relicta actiuosa vita, totum se ad literas contulit.

Actiuosa vita, *La uie actiue.* Vtitur Valerius.) Vulgus dicit, *Vita actiua.*

¶ *Il est bien parueni.*

23

Miro successu prouectus est.

Prouchor, prouécheris, prouectus sum.

Fœlicissimè euasit.

Mirum quàm fœliciter, quò voluit, peruenerit. *c'est merueilles comment il est si bien parueni la ou il la voulu.*

¶ *Il s'est bien fait. Il s'est fait de luy mesme.*

24

Euasit suo studio, atque industria.

Suo labore tandem emerfit. Il a tant fait qu'il est eschappé: C'est a dire Qu'il est eschappé de poureté, & parueniu a quelque bien.

Inuenalis, Haud facile emergūt, quorū virtutibus obstat Res angusta domi.

Il n'a pas acquis bruit sans grosse peine. Il ne l'a pas pourneant. 25

Existimationem habet multo sudore collectam. Cicero.

Varietas. Multo sudore, Plurimo labore, Multis vigiliis.

Sudor, sudōris, propriè, La sueur: sed pro labore per metaphoram ponitur.

Varietas. Collectam, Partam, Comparatam.

Il est uenu au dessus de ses besognes. 26

Superauit omnium rerum difficultatem.

Ad rerum suarum apicem peruēnit.

Per quālibet difficultatem euasit ad fortunæ fastigiū.

Ad summam rerum sua industria peruēnit.

Pertinaci labore superauit omnem fortunam.

Per quālibet difficultatem, Gallicè, Quahuc quahac.

Rosētus fantasie, ou compose en son entēdement tousiours quelque chose de nouueau. 27

Rosētus semper aliquid noui commentatur.

Nunquā vacat Rosēti animus aliqua noua cōmētatione.

Il ne laisse point passer ung iour, sans cōposer quelque chose. 28

Nullum intermittit diem, quin aliquid scribat.

Nulla die vacat à scribendo.

Il cōpose tous les iours pour esueille son esprit. 29

Acuendi ingenii causa quotidie scribit.

Il escrit en lettre Rommaine. 30

More Romano scribit.

Genuīno Latinorum more literas effingit.

Verè Romanos caractères exprimit.) Caractères: Id est Formas.

Hic character, caractères.

¶ Il escrit bien en grosse lettre.

31

Bene pingit crassiores literarum caractères.

Scribis minutissimè. Tu escrit fort menu.

¶ J'ay escrit cecy soubz mon regent.

32

Hoc excepi à didascalò, vel sub didascalò.

Excépi hoc, dictante præceptore.

¶ Je vous apprendray à parler Latin.

33

Affuefaciam te Latine loqui.

Faciam vt Latina tibi sit in promptu oratio.

Latino sermone te diligenter exercèbo.

Latinæ linguæ vsum te docebo. Je t'acoustumeray, ou ie t'apprendray à parler Latin.

Varietas. Affuefaciam, Consuefaciam.

Affuesce Latino sermoni. Acoustume toy à parler Latin.

Consuefacamus Latine loqui. Acoustumons nous à parler Latin ensemble.

Témporis.

CAPVT LIIII.

¶ Je vous attens icy pour le mois de Ianuier.

I

Ad mensẽ Ianuariũ te hĩc expecto.) Hoc est Spero te hĩc affuturum in mense Ianuario.

Ad Liberalia te in hac vrbe expecto. Je vous attens en ceste uille pour Pasques.

Pluraliter tantum Liberalia, liberalium aut liberaliorũ, liberalibus, La feste de Pasques.

Sic Hilaria, Le iour de Caresemeprenant.

Cineralia, Le iour des Cendres.

Regalia, Le iour des Rois.

Ad horam tibi rem confectam dabo.) Id est Hinc ad horam. D'icy à une heure ie rendray la chose toute faicte.

B.iii.

¶ *C*ie me trouueray a deux heures en uostre chābre. 2
Ad horam secundam ādero in cubiculo tuo.

Varietas. *Ad horam secundam, Hora secunda.*

¶ *V*ien demain a moy de quelque heure, il ne me chault
 a quelle. 3

*C*ras ad me venīto quauis hora.

Varietas. *Quauis, Quālibet.*

¶ *V*ien a moy d'icy a trois heures. 4

Venīto ad me ad tres horas.) Sub. *Hinc: vt sit, Venīto ad
 me hinc ad tres horas.*

¶ *C*ompte les heures. 5

*Dinūmera horas.) Computare, videtur propriē referen-
 dum ad rationes pecuniarias. vnde Iuuenalis,*

*Sed cum summus honos finito computet anno
 Sportula quid referat: quantum rationibus addat. Idem
 tamen ad numerum simpliciter retulit: cum ait, Facies
 tua computet annos. Sed hoc poeticum est.*

¶ *A. Quelle heure est il? B. Il est plus de unze heures. Il
 est unze heures passees. 6*

Est supra vndecimam.) Est: Sub. Hora.

Præterit vndecima. Transit vndecima.

Exacta est vndecima. Iam effluxit vndecima.

Exacta est hora. L'heure est passee.

Exacta est semihora. La demie heure est passee.

¶ *Il n'est pas encore neuf heures: mais il ne s'en fault pas
 beaucoup. 7*

Nondum est hora nona: sed paululum interest.

¶ *Il ne s'en fault gueres qu'il ne soit neuf heures. Il
 est tantost neuf heures. Il est pres de neuf heures. 8*

Ferè est hora nona.

Cicero, Cū hora diei ferè decima ad saxa rubra venisset.

Hora est circiter nona. Nona parumper abest.

Instat nona. Il approche de neuf heures.

¶ *Ilz sont neuf heures sonnees. 9*

Sonuit nona.) Sic loquitur Erasmus. Alii sic,

Audita est nona.) Sub. semper Hora.

¶ Il y a long temps que neuf heures sont sonnees. 10

Dudum audita est nona. Dudum sonuit nona.

Dudū præterita est nona. Il y a assez bonne piece qu'ilz
sont neuf heures passees.

Quandudum audita est octava: Dudum. Il y a assez
bonne piece.

Haud dudum. vel,

Non ita dudum. Il n'y a pas long temps.

¶ A. Est il huit heures? B. Elle vient de sonner. Elle ne fait
que venir de sonner. Elle ne fait que de sonner. Elle est
sonnee tout a ceste heure. 11

Modò audita est. Modò præteriit.

Modò præterita est. Modò sonuit.

¶ Il y a une heure que tu es la. 12

Iam istic horam fuisti.

Est hora, cum te istinc non mouisti.

Istinc, De la ou tu es. Iam istic horam désides.

Ex quo tu istic moraris, hora præteriit.

Abiit hora, postquam istam sedem non mutasti.

Effluxit horæ spatium, ex quo manes in ista sede.

Triduū cōtinuū illic fui. J'ay este trois iours la sans en bou
ger. Plautus.) Continuum: Id est Sine intermissione.

Fuit illic duas horas. Il a este deux heures la.

Tres horas vnà fuimus. Nous auons este luy & moy trois
heures ensemble. Ita sæpe loquitur Cicero.

¶ J'ay este icy demie heure pour uous attendre. 13

Hic semihoram fui te expectans.

Hic horæ dimidium te expectaui.

Varietas. Te expectans, Te expectando, Dum te expecto,
Dum te opperior.

Varietas. Semihoram, Dimidium horæ, Horam dimidia-
tam, Dimidiam partem horæ.

Sic dimidium diei, mensis, anni: aut dimidiatus dies, mensis, annus.

At dimidia hora, dimidius mensis, dimidius annus non dicuntur: neque hora cum dimidia, & similia.

Quand ie suis uenu, il estoit une heure & demie. 14

Cum aduēni, erat hora prima cum dimidiata.

Sesquihoram te expectaui. *Ie t'ay attendu une heure & demie.*

Sesquihora, *Vne heure & demie.*

Sesquimensis, *Vng mois & demi.*

Sesquiannus, *Vng an & demi.*

Sesquipes, *Vng pied & demi.*

Bāculus sesquipedālis, *Vng baston d'ung pied & demi.*

Il y a plus de sept mois, que personne ne m'est uenu ueoir ceans. 15

Menses plus septem exacti sunt, cum huc nemo uēnit, ut me uiseret.

Septē sunt mēses, aut plus eo: cum huc me nemo inuīsit.

Varietas. Inuīsit, Visum uenit, Visit.

Il y a trois ans passez, que cestuy est mort. 16

Annitres exacti sunt, cum ille mortuus est.) Cum: Id est

Ex quo, Depuis que.

A morte illius hic tertius est annus. *Voicy la troisieme annee depuis qu'il est mort.*

Annus agitur secundus, ex quo sum Lutetia, *Voicy la seconde annee que ie suis demourant a Paris.*

Iam hīc annum quartum ago. *Voicy desia la quatrieme annee que ie demoure ceans.*

Mon frere ha bien uingtinq ans, ou plus. 17

Frater meus uigintiquinque annos, aut plus eo, nat⁹ est.)

Id est Vigintiquinque, aut plures.

Terentius, Annos sexaginta natus es, aut plus eo.) Id est

Aut etiam amplius eo tempore.

Varietas. Natus est uigintiquinque annos, Natus est an-

nos quinque & viginti.

Annum agit vigesimum quintum.

Agit annum quintum & vigésimum.

Varietas. Aut plus eo, Aut eo amplius, Aut plures.

¶ *Il'eusse bien fait cela il y a deux iours : mais a ceste heure il n'est plus temps.* 18

Illud ante duos dies efficere potuisssem: nũc autem mihi non est integrum.

¶ *Depuis uingt ans en ca, on n'a point ueu telle chose.* 19

Intra annos viginti, nihil tale visum est.

Varietas. Intra viginti annos, Post viginti annos, Abhinc viginti annis, Abhinc viginti annos.

¶ *Durant questions.* 20

Disputatiõnum tẽmpore.

In disputationibus.

¶ *Durant la messe il chopinoit avec ses cõpaignons.* 21

Tẽmpore sacri potabat cum sõdalibus.

Varietas. Tẽmpore sacri, Dum sacris vacabatur.

Varietas. Potabat, Perpotabat.

Cicero. Perpotauit ad vesperũ. Id est Vsq; ad vesperum.

Il n'a cessẽ de boire & yurongner iusques au soir.

¶ *Durant le disner, il n'a fait que iaser.* 22

Inter prandendum semper fabulatus est.

In prandio nihil aliud, quã garruiuit.

¶ *Durant le disner on uous a demandẽ.* 23

Dum prandebatur tu quãstus es.

Varietas. Dum prandebatur, Tempore prãdii, Hora prandii, Inter prandium.

Dum, *ce pendant quẽ.*

Quintilianus libro 1, Non assuescat ergo, nedum infans quidem est, sermoni qui dediscẽdus sit. *Pas seulement ce pendant qu'il est encore enfant. ce pendant, ferẽ à nobis dicitur, pro ce temps pendant: quasi tu dicas, eo tempore pendente.*

Ce pendant qu'on souppe, on fait siléce en nostre maison.

24

Dum cœnatur, silentium fit domi nostræ.

Varietas. Silentium fit, Silêtur, Tacêtur, Silent omnes, Tacent omnes, Conticêtur, *On se tait tout coy.*

Cela a duré depuis le matin iusques au soir.

25

Illud à matutino tēpore durauit in occasum.) Id est Perseuerauit. Ex Plinio.

Tenêre.

C A P V T L V.

Ce te tiens maintenant: si ie te uouloye dōner sur ton nez, que ferois tu?

1

Ego te nunc teneo. Quid si tibi cōlaphum incuterem, Quid faceres?

Quid si nūquam redierit? Et si il ne reuenoit iamais: c'est à dire Tu serois bien esbahi si iamais il ne reuenoit.

Csi tu essayez?

2

Quid si tentares?

Quid si tentes? Sub. Hoc, vel illud.

Cet si le regent suruenoit maintenant?

3

Quid si præceptor nunc interueniat?

Cie luy ay tenu bon.

4

Fortiter illi réstiti.

Acerrimè illi repugnaui.

Réstiti illi, quoad potui.

Illi, quantum potui, repugnaui. *Je luy ay tenu bon tant que i'ay peu.*

Resisto, resistis, restiti. Virgilius poeticè dixit,

Ibo animis contrà: pro Fortiter illi resistam. *Je luy tiendray bon. Je me bateray uertueusement contre luy.*

Ctiens luy bon: il ne te fera rien.

5

Præsta te ferocem ac terribilem : cauebit ille tibi manus inferre. *Monstre toy terrible: il se gardera bien de mettre la main sur toy.*

Audacter illi resiste: nunquam te adorietur. *Tiens luy bonne barbe: il n'a garde de t'assaillir.*

Occurre illi confidenter: ille abs te manus abstinebit, Varietas. Præsta te ferocem, Fac ferociam præ te feras.

¶ Il luy a tenu bonne barbe.

6

Confidenter illi contrà astitit.

Varietas. Contrà astitit, Contrà constitit.

Contrà consistere, Tenir pied ferme contre ung aultre.

Contrà illi constitit. Il l'a attendu de pied ferme.

¶ Il tient sa grauité en parlant.

7

Arroganter loquitur. Cum arrogantia loquitur.

Verba effundit ampullosa.

Vt magnificè loquitur!

Ampullosa: Id est Turgida & inflata. Nam ampulla, vas est tumido & eminenti vêtre: cuiusmodi videmus esse cucurbitas. C'est ung uaisseau qui ha le ventre grand: comme on voit que sont les coucourdes, aultrement dites courges. Vne phiolle uentrue a mettre des eaues distillees, ou aultres liqueurs.

¶ Il tient sa grauité. Il se marche comme ung paon.

8

Cum fastu incêdit. Vt sese ostêtat! Vt sese circûfert!

Pauònem gressu repræsentat.

Incêdit pauòne superbius.

Magnâ præ se fert grauitatem. Il se monstre fort graue.

Il porte la mine d'ung homme bien graue.

Hic pauo, & hic panus: Vng paon.

¶ Il ne tiendra pas en moy.

9

Nihil erit in me moræ.) Id est Negotium per me non tardabitur. L'affaire ne sera point retargé par moy.

Nulla erit in me mora.

Per me non stabit.

Per me nihil moræ fiet.

Non ero in mora.

Per me non stetit, quò minus id fieret. *Il n'a pas tenu a moy que cela ne se feist.*

Varietas. Per me non stetit, Non impediui, Non óbstiti, Non prohibui, Non fui impedimento.

Iam per me nulla mora est.) Id est Per me non stat: Sub. Quin id fiat. *Il ne tient plus en moy.* Ex Terentio.

¶ Te me tiens desia pour esconduit. 10

Périnde accipio, quasi iã denegârit.) Sub. Ille à quo peto. Iam mihi repulsus videor à petitione.

Rem petitã iam habeo pro denegata.) Id est Quasi iam sit mihi denegata.

¶ Il n'a tenu sinon en toy, que ce n'a este fait. 11

Huic rei vnus obstitisti.) Id est Solus.

Per te vnum stetit, quò minus hoc effectum sit.

Hoc negotium solus impedisti.

¶ Il n'a pas tenu en moy que tu n'ayes gaigné.) Hoc in ludos olet dici. 12

Quominus viceris, per me non stetit.

Non prohibui te victoriã.

Victoriã tuã non fui impedimento.

Non impediui tuam victoriã.

Non amisisti culpa mea victoriã.

¶ Il ne tiendra pas en moy que tu ne faces tó proufit. 13

Tuum commodum nusquam remorabor.) Nusquam:

Id est Nulla in re.

Vtilitati tuã non aduersabor.

Non obsistam tuis commodis.

¶ Tu es tenu a moy de cela. 14

Istud mihi ferre acceptum debes.

Debes istud mihi.

¶ Te t'ay appris cela. Tu tiens cela de moy. 15

Docui te istud.

A me istud accepisti.

Ex me didicisti. vel, A me.

¶ J'ay tenu compaignie a mon pere (ou ie l'ay conuoyé)

iusques a son hostellerie.

16

Patrem deduxi vsque ad diuerforium.

Varietas. Deduxi, Affectatus sum, Comitatus sum.

Veni me affectatum. *Vien pour aller apres moy. Vien moy
teur compaignie.*

¶ Il est logé en l'hostellerie.

17

Diuerfatur in taberna meritoria. Valla.

Diuerforium habet in caupona.

A. Vbi est pater tuus? B. In suo diuerforio. *il est en son ho-
stellerie.*

Vbi diuerfatur?

Vbi habet diuerforium? *Ou est il logé?*

Est in hospitio. vel, Est apud hospitem. *il est ches son ami,
la ou il loge sans argent.*

Cicero, Ex hac vita discedo, tanquam ex hospitio: nō tā-
quam ex domo. *Je m'en vais de ce monde comme d'ung
logis emprunté: non pas comme de maison propre.*

Apud hospitem diuerfatur. *il est logé ches ung sien ami,
la ou il ne luy couste rien.*

Apud nos diuerfatur. *il est logé ches nous.* Ex Cicerone.

Diuertit ad hospitem. *il est allé loger ches son ami, la ou
on ne prend rien de luy.*

Pater meus hospitem habet Lutetiæ. vel, Hospitium ha-
bet Parisiis. *il ha logis a Paris, la ou il ne paye rien. il ha
logis franc a Paris.*

Hospes me? Id est Qui me gratis recipit: vel, Quem ego
recipio gratis. *celuy qui me loge sans argent: ou celuy
que ie loge sans argent.*

Taberna, *Proprement une boutique de marchand.*

Taberna meritoria: Id est Caupona. *Vne tauerne ou une
hostellerie.* Cicero tamē in Rhetoricis Taberna pro cau-
pona dixit absolutē.) Id est Sine vllō epitheto.

Cauponula, *Vne petite tauerne: comme une tauerne de
uillage.*

Cicero, Delituit in quadam cauponula.

Caupo: Id est Qui caupônâ exercet, *celuy qui tient tauerne, ou hostelerie: Tauernier, ou hostelier.*

Enopôla, *Vendeur de uin: c'est a dire Qui fait tauerne, sans tenir hostelerie.*

Enopolium, *Vne tauerne la ou on uend du uin ordinairement.*

Vinarius, *Vng marchand de uin.*

Suctonius, Cum de laniis, aut vinariis ageretur: exclamauit in curia.

☞ *Mon pere tient hostelerie.* 18

Pater meus caupônâ exercet.

☞ *Je ne me puis tenir de parler.* 19

Me nequeo continere, quin loquar.

Contineri, quin loquar, non queo.

Iam non possum loquêlam comprimere: vel, reprimere.

Je ne me puis plus tenir de parler.

Iam nequeo contineri. *Je ne me puis plus tenir.*

☞ *Je ne me puis tenir de rire.* 20

Nequeo risum continere. Nequeo risum cohibere.

A risu temperare non queo. Non possum risu abstinere.

Varietas. Abstineo risu, Abstineo à risu, Abstineo me risu, Abstineo me à risu: & per genitiuû, Abstineo risus.

Continere risum.) Sic dicimus, Continere manum, Abstinere manum.

☞ *Elle tenoit ung petit enfant entre ses mains.* 21

Puerum infantem tenebat in manibus. Ex Cicerone.

☞ *Ce marchela ne tiendra pas.* 22

Contractus ille firmus non erit.

Pactum illud non erit ratum.

Non stabit illa conuentio. Dissoluetur pactum.

Rescindetur contractus. Contractus infirmabitur.

Non seruauit pactum. *Il n'a pas tenu son marché.*

Pactum illud ratum non habebo.) Id est Non approba-

bo. *Je n'approuveray pas ce marché la. Je ne le ratifieray pas.*

Ratum habebō, quicquid meo nomine feceris. *J'approuveray tout ce que vous ferez en mon nom. Je le tiendray pour fait.* Ratificare nō memini legere apud idoneos

¶ *On le tient pour cōdāné, On le tient pour tout iugé.* 23

Est iam pro damnato. *Iam pro condemnato habetur.*
Est iam pro mortuo. vel,

Iam pro mortuo habetur. *On le tient desia pour tout mort.* Ex Cicerone. *Iam deploratus est.*

Iam depositus habetur. *On n'y a plus d'esperance.*

¶ *Tu ne m'as pas tenu promesse.* 24

Soluisti fidem.) Sub. Mihi.

Non stetit promissis. *Promissa tua irrita fecisti.*

Fidem mihi fecellisti. Ex Cicerone.

Non præstitisti mihi fidem.

In promissis fidem non seruasti.

¶ *On tient pour tout certain, que le Roy doit uenir en brief.* 25

Pro certo habetur, regem venturum esse propediem.

Varietas. Pro certo habetur, Pro certo creditur.

Varietas. Propediem, Paucis diebus, Intra paucos dies.

¶ *J'en suis bien seur. Je le scay certainement.* 26

Id certò scio.

¶ *J'en suis assez certain.* 27

Satis id certò scio.

¶ *Cecy tient si fort, qu'on ne le peult arracher.* 28

Hoc ita hæret, vt euellinon possit.

Hoc adeò infixum est, vt refigi nequeat.

Varietas. Euelli, Reuelli, Refigi.

¶ *Son regent le tient si subiect, qu'a grand peine il ose parler.* 29

Præceptor tam arcto eū premit imperio, vt vix hiscere audeat.) Hiscere: Id est Os ad loquendum aperire.

Varietas. Vt vix hiscere audeat, Vt ne mutire quidē ausit.

☞ *Son pere le tient bien subiect.*

30

Pater illum feuerissimo cocerct imperio.

Imperio premit eum.

Durissimis agit cū eo legibus. *Il luy tient grosse rigueur.*

Exercet in eum imperia plus quàm Manliana.) Prouer-
bium à Manlio, qui filium securi percussit, quòd cōtra
ipsius imperium cum hostibus pugnauisset.

Durius agit cum illo. vel,

Eum nimis imperio premit. *Il le tient trop subiect.*

Duriter eum tractat. *Il le traiete rudement.*

Tractat illum durius.) Sub. Quàm æquum sit. *Il le trai-
ete trop rudement.*

Duriusculè tractat eū. *Il le traiete ung peu trop rudemēt*

Seruitio premebat populū. *Il tenoit le peuple en seruitu-
de: C'est a dire En trop grāde subiection.* Hoc ex Virg.

☞ *Tene ꝛ ce que ie uous doy.*

31

Accipe à me tibi debitum.

☞ *La table uouloit cheoir: mais ie l'ay retenue, ie l'ay ar-
restee.*

32

Mens imminebat casui: ego verò eam retinui.

Varietas. Imminebat casui, Casum minabatur, Propè erat
vt cāderet, Mensæ casus imminebat, vel impendebat.

Vituperandi.

CAPVT LVI.

☞ *Ce n'est rien de moy.*

1

Ego omnino nihil sum,

☞ *Ce n'est rien de moy au pris de luy.*

2

Ego præ illo nihil sum.

Ne minimo quidem sum ad illum comparandus.

Nulla re sum cum illo conferendus.

Omnibus rebus est me superior. vel,

Me vincit rebus omnibus. *Il me passe en toutes choses.*

Præ Virgilio nihil est Lucanus.) Id est Virgilii comparatione. aut,

Lucanus nihil ad Virgilium.) Sub. Est. *Ce n'est rien de Lucain au pris de Virgile.*

Nihil est Lucanus ad Virgilii comparationem. Ex declamationibus Quintiliani.

Hic non est cum altero conferendus. *Cestuy cy n'est pas a comparer a l'autre. ce n'est pas au pris de l'autre.* Ex Cicerone.

¶ *Iamais il n'eut aucun bruit. Iamais il ne fist parler de soy.*

Nunquam de illo fuit opinio. Ex Cicerone.

Nullius vnquam fuit existimationis.

Nullus vnquam nomine celebratus est.

Nulla fama clarus vnquam fuit.

Semper vixit ignobilis. *Il a tousiours uescu sans estre cognu, sans auoir aucun bruit.*

Varietas. Ignobilis, Obscûrus.

Semper obscurus vixit.

Semper in obscuro vitam egit.) Id est Nunquam prodiit in apertum. *Il ne se monstra iamais.*

¶ *C'est ung homme si rude & si difficile, qu'il ne peut endurer d'aucun.*

Morosus est supra modum.

Est præter modum difficilis.

Adeò morosus est, vt ab aliis nihil pati queat.

Nihil ferre potest, tanta est morositate.

Neminem sustinere potest, adeò morosus est.

Morosus, *vnz hõme difficile a seruir, qui ne trouue rien fait a son gré, s'il ne le fait luy mesme.*

Difficilis, idem quod morosus.

Horatius, Difficilè & morosum offendet garrulus vltro.

C. i.

¶ Il n'y a hōme qui puisse durer avec luy. Il n'y a personne qui puisse porter les conditions d'iceluy. 5

Mores eius nemo ferre potest.) Id est Morositate eius. Terentius, Tuos esse illi mores morbum magis, quàm vllam aliam rem arbitror. Je cuide que ta fascherie luy est plus cause de maladie, que aultre chose du monde.

¶ Il est si fier, qu'on ne peult durer avec luy. 6

Tam superbus est, vt neminem ferre possit.

Adeò est elatus, vt nemo cum illo versari queat.

Tanta est ille superbia, vt nemo possit ei conuiuere.

Fastidiosus est.

Neminem non fastidit.) Id est Omnes contemnit. Il ne tient compte de personne. Il mesprise tout le monde.

¶ Jamais on n'ose parler a luy. 7

Homo est difficilis atque importūnus.

¶ Nostre regent est si mauuais, qu'il n'ha pitie de personne. 8

Tam seuêrus est præceptor noster, vt eū nullius misereat.

Nullius eum miseret: adeò est ferus & inhumānus.

Est adeò durus, vt nullius precibus emolliri possit.) Id est Inflecti, mitigari.

Tanta est inhumanitate, vt nemini parcat.

Tanta est austeritate, vt eum nullius misereat.

Omnino est inexorabilis.

Neque misericordia, neque precibus molliri potest. On ne le peult addoucir ny par pitie, ny par prieres. On ne luy peult amollir le cuer. Ex Terentio.

Nec prece, nec precio flecti potest.) Quod postremum optimè quadrabit iudici constantissimo & incorruptissimo.

¶ Il ne peult durer avec homme du monde. 9

Neminipotest conuiuere.

Omnino neminem ferre potest. Il ne peult endurer de personne.

Ne vnum quidem pati potest.

Nequit ferre quempiam.

Impatiēs est societatis. *Il ne peult souffrir aucune alliãce.*

¶ *Il n'y a homme qui ne diſe qu'il eſt mauuais.* 10

Nemo eſt, quin de illo malè ſentiat. vel,

Quin illum peſſimum dicat.

Omnibus habetur peſſimus.) Id eſt Ab omnibus.

¶ *Il eſt ſi mauuais, que tout le monde le hait.* 11

Tam prauo eſt ingenio, vt omnibus ſit odioſus.

Adeò malis eſt moribus, vt omnibus odio ſit.

Sua malignitate omnibus eſt inuiſus.

Sic eſt ingenio, vt omnes illum óderint.) Sic eſt ingenio:

Id eſt Tali eſt ingenio. *Il eſt de telle nature, que tout le monde le hait.*

Sua malignitate nemini non eſt inuiſus.

¶ *Son regent endure trop de luy.* 12

Præceptor illi nimium obſequitur.

Plus ſatis indulget illi. Eſt illi indulgentior.

Habet cum indulgētius.) Id eſt Tractat cum nimis indul

genter. *Il endure trop de luy.*

Nimia patrum indulgentia filios corrumpit. *Les peres gaſtent leurs enfans par trop en endurer.*

Mantuanus, Bláda patrú ſegnes facit indulgentia natos.

Varietas. Indulgentia, Facilitas, Nimia lenitas.

¶ *Tu ne uauls pas qu'on te bate. Tu ne uauls pas d'eſtre punit.* 13

Indignus eſt animaduerſione.

Indignus eſt caſtigatione. *Il ne uault pas qu'on le chaſtie.*

¶ *Il ne uault pas qu'on le ſalue.* 14

Non eſt dignus ſalúte.

Indignus eſt ſalutatione.

Indignus eſt, qui ſalutetur.

¶ *Il a perdu & gaudi de l'argent innumerable.* 15

Innumerabilem pecuniam diſſipauit. Cicero.

¶ Par sa meschanteté il a mis son pere a poureté. 16
 Per flagitium ad inopiam redêgit patrem. Ex Terentio.
 Flagitium propriè dicitur in rebus venereis.

Flagitiosus, celuy qui est tout doné a paillardie & meschanteté.

¶ Il est mauuais mesnager. Il est de mauuais gouuernement. 17

Malè gerit rem familiarem.

Malè administrat rem domesticam.

Rem suam negligit.

Est homo nequam. C'est ung meschant mesnager, ung gaudisseur.

Plinius, Inde illa reliqua oracula, Nequam agricolam esse, quisquis emeret, quod præstare ei fundus posset.

¶ On luy a deffendu le gouuernement de son bien. 18

Interdictum est illi bonis.

Illi interdicta est rei familiaris administratio.

Remotus est à re familiari. Ex Cicerone.

Bonorum administratione illi interdictum est.

¶ Il est infame & deshonoré. 19

In summa est infamia.

¶ Il acorde tout a son maistre. 20

Hero omnia solet assentari.) Herus meus: Id est Dominus.
 Mon maistre a qui ie sers.

Assentari, Pour complure a ung aultre, luy acorde tout ce qu'il dit, pour auoir la repue franche, la uentree.

Assentator, celuy qui pour complaire a aultruy, luy acorde tout, pour auoir les repues franches.

Parasitus, Idem.

Assentatio, Le uice de telle maniere de flaterie.

¶ Il change aussi souuent de propos, que font les petit^s enfans. 21

Ille est itidem, vt pueri, leui sententia.) Itidem vt pueri:

Id est Similiter vt pueri: Sub. Sunt leui sententia.

Alternat sententiis. *Il change souuent de propos.*

Tum hoc, tum illud dicit. *Il dit puis d'ung, puis d'aultre.*
 Commutat in horas sententiam.

Puerorum more in horas mutatur. *Horatius de pueritiæ moribus.*

Mutatur in horas: Id est Sæpissimé. *Gallicè, D'heure en heure, A tous propos.*

Seruus ille sæpe mutat dominum. *Ce seruiteur la change souuent de maistre.* Ex Catone.

Animum more sedem ex sede mutat. *Il ua de place en place comme les oyseaulx.*

☞ *Soubz ombre de sa casardie il a gagné cela.* 22

Simulatæ religionis specie id adeptus est.

Nomine fictæ religionis illud est consecutus.) *Ficta religio, Hypocrisie.*

☞ *Soubz ombre de son hypocrisie, il est parueniu a estre euesque.* 23

Specie quadam virtutis assimilata factus est episcopus.

Obrepsit ad episcopatum.

Obrêpo, obrêpis, obrepfi, obreptum, obrêpere: *Paruenir a quelque dignité par abus, fiction, & hypocrisie: c'est a dire Soubz ombre de simpleffe & de bonté.* Ex Bud.

☞ *Ce n'est qu'ung babillart. Il ne peult rien celer.* 24

Est homo garrulus.

Est fútilis homo.

Nihil tacet.

Nihil contémet.

Omnia palàm facit.

Plenus est rimarum.

Est tanquam dolium pertûsum.

Hac atque illac perfluit. *Il ne tient rien, non plus qu'ung uaisseau percé, & qui sen ua de toutes pars.) Tresunt metaphoræ à vase pertûso.*

Nihil illi tutò creditur. *On ne s'ose fier en luy d'aulcun secret.*

Commiffa non rétinet fidéliter.

☞ *Il ueult tout sauoir. Il s'enquiert de tout.* 25

Est percontator.

Omnia scire cupit.

Omniū scrutatur arcānum.

Horatius, Percontatorem fugito: nam garrulus idem est:
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

¶ Tu t'enquiers de tout.

16

De omnibus percontaris.

¶ Il n'oste point son bonnet deuant les gens.

17

Prætereuntibus non aperit caput.) Prætereuntibus: Id est
In honorem prætereuntium. Pour faire honneur aux
passans.

¶ Il ne se lieue iamais deuant ceulx qui passent.

18

Nunquam prætereuntibus assurgit.

Ne summo quidem pontifici assurgat.) Id est Assurgere
vellet. Modus potentialis. Il ne se leueroit pas pour le
pape. Il ne se daigneroit leuer pour le pape. Il ne feroit
pas honneur au pape.

Sic, Ne regi quidem assurgat, &c.

¶ Ce gros uilain icy creue de graisse.

19

Obêfusiste rumpitur pinguedine.) Obêfus: Id est Præpin-
guis: quasi ob edendum factus.

Pinguitudo, idem est quod pinguêdo.

¶ Regarde ce gros uilain icy, il ha les ioues plus gros-
ses que deux telz que moy.

30

Vide istum præpinguem: buccas habet me duplo am-
pliores.

Varietas. Ampliores, Maiores, Crassiores.

Præpinguis: Id est Valde pinguis.

Crassus, crassa, crassum, Vne chose grosse, ou espoisse.

Paries nostræ domus est quatuor pedes crassus. Le mur
de nostre maison est espois de quatre piedz.

Homo crassus, Vng gros homme.

Terentius, Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius.

Hic lapis est mira crassitudine. ceste pierre est merueilleu-
sement grosse.

«Ce gros patault!

31

Hominem rústicum!

Hominem agricolam!) In utroque subauditur, O.

O Demea!) Demea nomen viri proprium in comœdia Terentiâna: sed eo utimur, pro homine duro, agresti, & rústicis moribus. Vng gros lourdault, ungrustault, unghurtault.

O ventriose!) Ventriosus, est apud Plautum.

«O ce gros vilain infame, qui a rebrasse cestuy cy a fin qu'il fust batu!

32

O impurum hominem, qui miserum nudavit, ut caderetur!

«Est il scauant?

33

Estne doctus?

«Il en scait plus que nostre curé.

34

Doctior est nostro curione.

«Est il fort scauant?

35

Estne bene doctus?

«Il n'est pas fort grand clerc. Il n'est pas fort scauant en lettres.

36

Non est admodum literarum peritus.

Literarum admodum nihil scit. Cicero.

Est parum literatus.

«Il ioue plus qu'il n'estudie.

37

Plus ludo, quam studio, tribuit.

Sæpius ludit, quam studeat.

Plus temporis impendit lufui, quam literis.

In ludo plus temporis, quam in literarum studio, ponit.

«A. Je n'estudiy iamais de bon courage. B. De tant es tu plus meschant. Tant moins uauls tu.

38

A. Nunquam ex animo literas amplexus sum. B. Tanto nequior:) Sub. Es.

Non est illi animus in literis. Il n'ha point le cuer aux lettres.

Varietas. In literis, Ad literas.

Mon frere plus aagé que moy, iamais ne se uoulut a-
donner a l'estude. 39

Frater meus me natu maior, nunquam voluit animum
ad literas appellere.

Varietas. Appellere, Appellere animum, Adiungere ani-
mum, Adiicere animum.

Varietas. Ad literas, Ad literarum studium, Ad studium
literarium.

O que tu has grosse teste! c'est a dire O que tu has
gros entendement! 40

O durum caput!

Regarde qu'il y a a dire de toy & de ton frere. 41

Vide, inter te & fratrem tuum quid interfit.) Vide: Id est
Confidera.

O que tu es mausadè! 42

Quàm tu es inmensité!

Quàm tu es incompósitus!

Il n'est riè plus lourde que cela. Il n'est riè plus esträ-
ge, plus mausadè, sans propos, hors de propos, long
de propos. 43

Hoc vno nihil est absurdus.

Illud est omnium absurdissimum.

Tu resembles a ung asne. 44

Asinus vidêris.

Tu es ásino planè similis.

Asinum pulchrè mihi refers.

Non es ásino dissimilis.

Parum differs ab ásino, si tibi essent maiores auriculæ.

Adeò sunt inter se similes, vt fratres esse videantur. Ilz
resemblent tellement l'ung a l'autre, qu'ilz semblent
estre freres.

Quauis illi sint fratres ex vtroque parente, tamen lon-
gè dissimiles sunt moribus.) Longè: Id est Valde. com-

*bien qu'ilz soyent freres de pere & de mere, toutes-
fois ilz sont bien differens en conditions.*

*Pannus meus longè dissimilis est tuo. Mon drap est bien
aultre que le tien: c'est à dire Il est bien different.*

¶ Il ressemble a ung fol.

45

Videtur desipiens.

Videtur delirare.

Similis est dementi. vel, dementis. Stultus videtur.

Cicero, Sic ista senilis stultitia, que deliratio appellari so-
let, senum leuium est: non omnium.

¶ Il semble qu'il radotte.

46

Desipere videtur.

Est quasi desipiens. Id est Desipienti similis est.

Varietas. Desipere, Delirare.

Varietas. Quasi desipiēs, Tāquam delirans, Véluti delirus.

*¶ Les religieux de nostre temps sont bien exorbitans
de la uertu & saincteté de leurs fondateurs, & pa-
trons.*

47

*Degenerant cœnobitæ à conditōrum integritate. Pau-
lus Æmilius.*

Longius aberrant à maiorum institutis.

Deflexerūt de spatio curriculōque maiorū. Ex Cicrone.

¶ L'horloge ne ua pas bien.

48

Aberrat horologium.

*Illud est fallax horologium. cest horloge la ne ua iamais
bien, il ne fait qu'abuser.*

Horologium, Toute maniere d'horloge.

Solarium, vng quadrā, ou vng horloge au soleil.

Voluptatis.

¶ Quand ie seray grand, i'auray bon temps.

Vbi adolcuerō, liberius viuendi mihi potestas crit.

I

Liberior futurus sum, cum fuero paulo ætate prouectior.

¶ *Si iesus une fois riche, ie uiuray a mon plaisir.* 2

Siquando abundare cœpero, meo more uiuam.

Si vnquam diuesero, meo modo vitam agam.) Meo more, & meo modo: Id est Arbitrio meo. *A ma fantaisie.*

Alieno more viuendum est ei, qui aulam sectatur. *Qui suit la court, il est contrainct de uiure a la fantaisie d'autruy.*

¶ *Tu has bon temps ches ton pere.* 3

Apud patrem uiuis iucundissimè.

Vitam ducis iucundissimam.

Vitam colis suauissimam.

Domi patris uiuis liberrimè.) Domi patris: Id est Apud patrem.

Varietas. Viuis iucundissimè, Viuis suauissimè, Suauiter agis, Lautus es.

¶ *Il se donne du bon temps.* 4

Bene sibi facit. Plautus.

Genio indulget.

Genialiter uiuit.

Agit Epicurum.

In cute curanda plus æquo operatur. Ex Horatio.

Curandæ cuticulæ omnino intentus est.

In corpore curando totus est occupatus.

Agit vitam genialem.

Tatū bibit & pergræcatur. *Il ne fait que boire & gaudir*

Pergræcari, Gaudir, & faire grosse chere. Métaphora à Græcorum moribus.

Agere Epicurum, *Mener la uie, laquelle approuuoit Epicurus: c'est a scauoir a gaudir & faire bonne chere.*

Epicurus, philosophus fuit, qui ad voluptatem omnia referrebat: Hoc est Qui dicebat, omnia facienda esse voluptatis gratia.

¶ *Il est trop subiect a son plaisir.* 5

Nimium sibi indulget.

¶ Il boit, il gaudist, il se donne du bon temps.

6

Bibit, pergræcatur, genialiter viuitt.

¶ C'est ung gaudisseur.

7

Totus luxuria & lasciuia diffluit.

Est malæ frugi homo.

Est homo nequam.

Est homo nequissimus. Il est du tout donné a perdition.

¶ Le plaisir mondain l'a desbauché d'estudier, l'a des-
couragé.

8

Voluptas à literarum studiis animum eius auertit.

Varietas. Diuertit, Abduxit, Auocâuit.

Voluptas à studio literario te auocat. Le plaisir te garde
d'estudier, ou te destourne de l'estude: C'est a dire Tu ne
peuls estudier, pource que tu es trop aisé.

¶ Je ne prens point de plaisir a cecy.

9

Ea res non est mihi voluptati.

Illud nullâ mihi voluptatem affert.) Id est Me nullo mo-
do delectat.

¶ Ou as tu si long temps ioué? Ou t'es tu ioué si long
temps?

10

Vbi tandiu te oblectasti?

Vbi tam longo tempore animi causa fuisti? Ou as tu si
long temps este a prendre ton passetemps?

¶ Il y a bien peu de gens qui n'aiment mieulx gaudir
& faire leur plaisir, que de besogner, trauailler, fai-
re quelque chose.

11

Perpaucos reperias, qui non libidinem, quàm laborem,
malint.

Vix inuenias quẽquã, quin voluptatẽ labori antepônât.)

Id est Qui non malit voluptatem, quàm laborem.

Rarissimus est, qui laborem præferat voluptati.) Id est

Qui laborem malit, quàm voluptatem.

Malunt fermẽ omnes libidinem, quàm laborem sequi.

Quotus quisque est, qui non libidinem quàm laborem malit?

Terentius, Ingenium est omnium hominum ab labore proclive ad libidinem.

Reperias & inuenias, pro reperire, aut inuenire quis poterit. Secunda persona est pro tertia, & modus potèntialis.

¶ *Il se fault aucunes fois recreer.*

12

Interdum relaxandus est animus. Ex Cicerone.

Dandum est interim aliquid voluptati.

Nonnunquam se oportet dare iucunditati. Ex Cicerone.

¶ *Tout le monde ne peult pas estre mignon, & auoir des senteurs comme uous.*

13

Non omnes possunt olère vnguèta exótica, sicut tu oles.

Plautus.

Vnguenta, Des oignemēs precieux pour faire sentir bon.

Vnguentarius, Celuy qui les fait, ou qui les uend.

Exótica, Id est Peregrina, Lesquelz on apporte des pais estranges: comme d'Arabie.

Exoticus, exotica, exoticum.

Diapasmata, Des senteurs seiches, comme pouldres, lesquel les on met uoluntiers en petitz sachetz de cuir.

Vnguenta, ex humidis constant: diapasmata, ex aridis.

Odores & odoramenta, Toutes manieres de senteurs com posees pour plaisir & delectation.

¶ *Il sent le muç.*

14

Olet vnguenta.

Est vnguentatus.

Malo te alliatum esse, quàm vnguetatum. J'aime mieulx que tu sentes les aulx, que le muç.

Prouerbia.

Quæ speciem aliquam videbantur habere prouerbii, aut metaphoræ insignioris: nec ullū peculiarem locum sub capitibus superioribus inueniant, huc ad calcem operis ea reiecitimus. Meminerint tamen lectores multa eiusmodi prouerbia per totū opusculum dispersa inueniri.

C A P. L V I I I.

¶ *Un bon entendeur il ne fault qu'ung mot.* 1
 Dicitum sapienti fat est.) Id est Vnicum verbū sūfficit homini prudenti. Terentius.

Vulgò autem sic effertur,
 Mitte sapientem, & nihil ei dicas.

¶ *Apprentifz ne sont pas maîtres.* 2
 Aliud est discipulum, aliud magistrum esse.
 Non qui discipuli, continuò magistri sunt.

¶ *Un tel saint, telle offrande. A tel maître, tel uarlet.* 3
 Dignum patella operculum.) Sub. Est: vt sit,
 Operculum est dignum patella.

¶ *Patella, Vne paille, non pas a frire: mais une paille ronde ayant des bords a l'entour comme un bassin. laquelle on met sur le feu avec un trepied.*

Operculum, vng commerce.

Sartago, Vne paille a frire.

- ¶** *CA trompeur, trompeur & demi.* 4
 Dolus dolo compensatur. Ars arte deluditur.
 Contra vulpem vulpinandum est.
 Vulpinari, *Faire comme le renard: c'est à dire vser de finesse & de tromperie.*
 Verbum est apud Varronem lectum, teste Erasmo.
¶ *CA in sua le monde.* 5
 Sic viuitur.
 Cicero, Sed quid agas? Sic viuitur. *Mais qu'ẽ feriez vous? Ains iua le mode. C'est le monde qui se gouuerne ainsy.*
 Ita nunc mos viget. *C'est la mode de maintenant.* Plautus.
¶ *CArgent content porte medecine.* 6
 Pecunia præsens, medicamen est præsentaneum.) Id est Efficacissimum.
¶ *CBeau parler n'ẽsørche langue.* 7
 Blanda verbalinguam non deradunt.
 Sermõnis suauitas linguam minimè lædit.
 Nihil õfficit linguæ verborum suauitas.) Nihil õfficit: Id est Nihil nocet.
 Sermõnis suauitas à Cicerone dicitur, quam nõnulli suauiloquentiam appellarunt.
¶ *CUil luy a bien chanté sa leçon.* 8
 Acerbissimè illum obiurgauit.
¶ *CUe ne fais riẽ icy de mõ prouffit. Ce n'est pas mon cas d'estre icy. Mõ cas n'est pas icy. Il ne fait icy nul pour moy. Ie ne trouue point icy ce que ie cherche. Ie ne trouue pas icy ce qu'il me fault. Ie ne fais pas icy mon prouffit.* 9
 Hic non est quod quæro. Ex Terentio.
 Mihi hïc nec scribitur, nec metitur. Latinum prouerbium.
 Ex Plauto.
 Hic mihi nihil est quæstus.) Id est Lucri. Verbale nomen à quæro, quæris, quæsiui, quærere.
¶ *CUe ne t'en conseille ne desconseille.* 10

De hac re neque suadeo quicquam, neque dissuadeo.

¶ *La consolation des malheureux, c'est d'auoir son semblable.*

II

Moderatius perpétimur mala, nobis cum plerisque communia. Erasmus.

¶ *Puis que la chose est faicte, il n'y a plus de remede.*

Quand la chose est faicte, le conseil en est prins. 12

Hoc fieri infectum non potest. Ce qui est faict, est faict.

Plautus, Quid vis fieri? Factum est. Illud fieri infectum non

potest.) Sensus est, Illud quod iam factum est, non po-

test fieri infectum: Id est Non factum. Quasi dicat, Fie-

ri non potest vt illud non fuerit.

Iam non est integrum.) Sub. Illud. Il n'y a plus de re-

mede en cela.

¶ *Il y a encore remede.*

13

Est adhuc integrum.) Sub. Id facere.

Res est adhuc integra.

Nondum elapsa est occasio.) Sub. Id faciendi.

Adhuc remedio locus est.

¶ *Il fait d'aultruy cuir large conroye. Il fait bon marché de ce qui n'est pas sien. Il fait bon marché du bien d'aultruy.*

14

De alieno ludit corio. Prouerbiale.

De alieno liberâlis est.) De alieno: Id est De re aliena: Du bien d'aultruy.

Profusus est alieni.

Res alienas facile dilargitur.

Ad verbum sic reddi potest,

Ex alieno corio lata fecat lora. Sic Erasmus.

Alienum tergus in latas corrigias dissecat.

Hoc tergus, tergoris: Id est Corium.

¶ *Fortune aide aux uailans gens.*

15

Fortes fortuna adiuvat. Terentius.

Audentes fortuna iuuat. Virgilius.) Verus adagiû, quo monemur, fortiter audendum esse.

¶ *CA cueur uaillant rien n'est impossible.* 16

Nihil non potest fortis animus.) Id est Omnia potest.

¶ *Il n'ha que frire. Il n'ha de quoy se frapper aux dēs: c'est a dire Il n'ha de quoy uiure. Il est poure comme Iob.* 17

Nullam habet rem familiarem. Est pauperior Codro.

Est Iro pauperior.) Vtrunque est prouerbiale.

Iuuenalis, Nil habuit Codrus.

De Iro Ouidius,

Irus erit subito, qui modò Crœsus erat.

¶ *Il se fonde en raison. Gallica est Ironia.* 18

Philosophatur. Sententias loquitur.

Sententiose loquitur.

Etiam nunc sententiose loqueris? Te uiens tu maintenant fonder en raison? Ex Rhetoricis ad Herennium.

¶ *Tu es tousiours garni de fil & d'agulle: c'est a dire Tu es tousiours fourni de ce qu'il te fault.* 19

Res accommodas semper in promptu habes.

Item in alio sensu, Tu es tousiours garni de fil & d'agulle. Nunquam tibi deest consilium.

¶ *Il ha du sang aux ongles. Il est homme pour soy defendre. Il est homme de cueur.* 20

Is est, qui acerrimè se defendat.) Id est Possit se acerrimè defendere.

Acerrimus est sui defensor.

¶ *C'est a dire miculx ung tien, que deux tu l'auras.* 21

Ego spem pretio non emo.

Malim, quicquid possum, auferre potius in præsentia.)

Sub. Quàm spe maioris lucri diutius expectare. Ex Terentio. Ad verbum autem sic verti potest,

Vnicam rem præsentem, quàm duo promissa, malo.

Quod præsens, tâq̃ in manu datur, iucūdius est. Cicero.

In præsentia, sûr le champ, Tout sur l'heure. Et est temporis aduerbium.

Impræsentiarum, pro eodem legitur: sed hoc rarius.

Je scay cela comme ma patenoestre: c'est a dire Je suis bien seur de cela. 22

Tanquam meum nomē teneo. Sub. Illud, vel Eam rem.

Tanquam digitos, vel,

Tanquam vngues.) Sub. Teneo illud.

Tanquam vngues, digitosque meos. *Je scay cela sur le doigt.*) Gallicum hoc prouerbium ab eo natū est, quòd plerique etiam nunc in digitis calculum péragūt, *Font leurs comptes sur les doigtz, comptēt par leurs doigtz.* Superiora omnia prouerbialiter dicuntur de memoria promptissima & certissima.

Tanquam digitos.) Vnde & hominem obliuiosum per iocū rogare solemus quot in manibus habeat digitos.

Je vous en met la bride sur le col: c'est a dire Je laisse cela en uostre puissance. Faites en ainsi que vous l'entende. Je ne m'en mesle plus. Je met la chose entre uo mains. 23

Illud arbitrio tuo permittimus.) Id est Ego permitto.

Illud relinquo iuri tuo.) Id est Arbitrio & potestati tuæ permitto.

Lucânus, Iurique tuo natura relinquet,

Quis deus esse velis.

Il ha son diēt, & son desdiēt. 24

Modò quod suaserit, dissuadet. Ex Plauto.

Il ha bon courage: mais les iambes luy faillent.) Hoc per ironiam dici solet in hominem, qui ultra vires suas quidpiam conatur. 25

Satis habet animi: sed vires deficiunt.) Sub. Eum: Id est Defunt illi.

Varietas. Vires eum deficiunt, Vires non respondent.)

Sub. Eius animo.

Ad maledicendum, nunquam illi verba defunt: ad benedicendum verò, ferè mutus & elinguis est. *Tamais les*

D.i.

paroles ne luy faillent a mesdire: mais a bien dire, il est presque tousiours muet.) Ferè: Id est Pœnè, Semper.

Elinguis, quasi sine lingua.

Il est despit comme ung chat borgne. 26

Est iracundus. Stomachôsus est.

Il a trouué sa sorte. 27

Par ingenium nactus est.) Id est Hominem eiusdem voluntatis. Terent.

C'est ung homme a deulx uisages. Il dit uoluntiers l'ung, & pense l'autre. Il dit uoluntiers autrement qu'il ne pense. 28

Solet aliud sentire, aliud loqui.

Cælius ad Ciceronem, Solet aliud sentire, & loqui.) Sub. Aliud.

Homo est bilinguis. Est homo duplex.

Aliud in ore promptum, aliud in pectore clausum habet.

Ex Sallustio.

Eius animo lingua solet esse dissimilis.

Il est escript aux liures des quenouilles. 29

Anicularum sunt hæc deliramenta.) Id est Nugæ.

Aniles sunt fabulæ.

Horatius, Gerrius hæc inter vicinus garrit aniles

Ex re fabellas.

Il fait mestier de cecy. Il en fait ordinaire. Il ne fait autre chose. 30

Hoc facit assidue. Hac in re est assiduus.

Nihil aliud facit. Hoc vnum semper agit.

Præter hoc nihil facit.

Hoc vnum facit: præterea nihil.) Sub. Facit.

Huic vni rei addictus est. Il est du tout donné a cecy.

Il n'est martire que d'amours. 31

Amor omnes cruciatus superat.

Il n'est besogne que d'ouuiers. 32

Artificum opus, omnium probatissimum.) Sub. Est.

¶ Il n'est pas eschappé, qui traine son lien.

Nondum euasit, quem sua manet pœna.) Manet : Id est
Expectat. 35

Ad verbum sic, Non euasit, qui suum trahit vinculum.

Varietas. Non euasit, Non elapsus est.

Elâ bor, elâber is, elapsus sum, elâbi, Eschapper.

Terçtius, Versuram solues: præsens quod fuerat malum,
in diem abiit : Id est Tantum ad tempus dilatatum est:

quia debitas tandem pœnas dabis, etiam cum scœnore.

Tu n'y pers que l'attente: c'est a dire Tu en seras puny a

quelque fin. Sic Budæus interpretatur.) Nonnulli in il-

lo Terentiano legunt, Versura solues: vt sit ablatiuus.

¶ Il a destouppé ung trou pour bouscher l'aultre.

Versuram fecit.) Versuram facere, Emprunter de l'ung
pour payer l'aultre. Festus. 34

¶ Il n'est saulce que d'appetit,

Optimum condimentum fames.) Sub. Est. 35

¶ Il te fault ronger ton frain.

Decoquenda tibi est animi ægritudo. 36

¶ Il y fault aller finement.

Res astu tractanda est.) Res: Sub. Hæc. Terentius. 37

¶ Il a cõtrouue cela de soymesme, de sa propre fãtãsie.

Commentus est illud de sua sententia. Plautus.

Suo ipsius ingenio id excogitauit.

Comminifcor, comminifceris, commentus sum vel fui,

comminifci: Controuuer finement, subtilement, ou in-
genieusement quelque chose.

Confingere, idem quod comminifci.

¶ Ce n'est pas bille pareille: c'est a dire Ce n'est pas tout

ung. Ce n'est pas de mesme. Il n'y a point de compa-

raison. Il y a grande difference. Il y a bien a dire. 39

Hoc longè ab illo diuersum est.) Id est Hæc res longè est

illius dissimilis. Il s'en fault beaucoup que l'ung ressem-

ble a l'aultre.

Maxima est inter hæc dissimilitudo.

Nihil in his simile.) Hoc est Nihil simile est inter hæc.

Quantum asinus ab equo.) Sub. Differt: Id est Hæc tantum inter se dissimilia sunt, quantum distat asinus ab equo.

Il y a autant a dire, que d'ung asne a ung cheual.

Magna est inter hæc distantia.

Hæc longissimo inter se distant interuallo.

Multis numeris hæc inter se discrepant.

Le hasard du ieu est dangereulx.

40

Dubia est ludi fortuna.

Anceps est ludi alea.

Anceps est ludi euentus.

Sic de bello dicitur, Anceps est belli fortuna.) Id est Dubius est belli euentus.

Virgilius, Verum anceps belli fuerat fortuna.

Il est grand uameur, petit faiseur.

41

Verbis quidem magnus est: factis autem nullus.

Habet multum verborum: sed operis admodum parum.

Il mentent a qui meulx mentira.

42

Certant mendaciis.

Certatim mentiuntur.

Il l'a enuoye ad patres. Il l'a depeſche.) Pro eo quod est, Celeriter interfecit. Vtrunque est nostratibus visitatum.

43

Dedit cum manibus.

Hi manes, manium, manibus. Ex Liuiio.

Necessite n'ha point de loy.

44

Cedendum est tempori.

Necessitati parendum est.) Vtrunque ex Cicerone.

Necessitas est inexorabilis. Donatus in Terentium.

Il n'y a rien de mal, pour le temps qui court: c'est a dire selon le temps de maintenant.

45

Vt nunc sunt mores, illud quidem tolerabile est.

Varietas. Vt nunc sunt mores, Vt nunc sunt tempora,

Vt nunc sunt homines. Vt nunc est hominum vita. Selon le temps qui court. Pour le temps qui court.

Cicero, *Multæ etiam in eo, vt in homine Romano, literæ.) Sub. erant. Il estoit bien scauant pour ung Romain.*

¶ *Il n'est pas des pires, encore ueu le temps de maintenant, ueu le temps qui court.* 46

Tolerabilem agit vitam, præsertim vt nunc sunt hominum mores.

¶ *Il ne pense point du demain.* 47

In diem viuuit. Il uuit au iour la iournee.

Ex tempore viuuit.

Contentus est præsentibus.

¶ *Il se passe a peu de chose.* 48

Paruo contentus est. vel. paucis.

Viuuit paucis contentus.

Contentus est suo. vel,

Suo contentus viuuit. Il se tient content du sien. Il se passe a ce qu'il ha: c'est a dire Il ha suffisance.

Contentus est & suo, & paruo. Il est content de ce qu'il ha, combien qu'il n'ait gueres.

Eo quisque contentus sit, quod placet. chascun se tienne a ce qu'il aime.

Quintilianus, Pigri est ingenii, contentum esse iis, quæ sunt ab aliis inuenta. C'est fait en paresseux de se passer seulement a cela que les aultres ont inuenté.

¶ *Cela est bien facile a dire. Il ne uous couste gueres a dire ce l.: mais cherche qui le fera.* 49

Nihil est dictu facilius. Terentius.

¶ *Nous ne sommes pas encore la. Nous ne sommes pas pres d'y estre.* 50

Nondum illò peruenimus.) Illò: Id est Ad illud tempus.

Nondum tempus adest. Le temps n'est pas encore uenu.

¶ *Il y a encore long temps d'icy la.* 51

Tempus adiuc longum restat.) Sub. Ab hoc tempore, ad

illud vsque.

Temporis adhuc multum reliquum est.) Id est Restat.

¶ Il aduiendra beaucoup de choses entre cy & la. 52

Multæ interea incident rerum mutationes.

Multæ interim rotæ voluentur.

¶ On y pensera ceste nuit. On y pensera lus amplement. Il fault dormir sur cela. 53

In nocte consilium.) Sub. Erit.

Deliberabitur. On y pensera. On y aduifera.

Deliberadum cenfeo. Il me semble qu'il est bon d'y penser, d'y aduifer.

¶ Il te fault boire cela doux comme lait. 54

Hoc exedendum tibi est.

Istud est tibi deuorandum, v'eluti catapotia. Il te fault aualler cela comme pilules: c'est a dire sans mascher.

Decoquendum tibi est.

Illud est tibi exorbendum, vel. Sorbendum.

¶ Aualle ce que tu as brassé. Tu as fait la folie, il fault que tu la boiues. 55

Sorbe quod ipse miscuisti.

Miscere, Brasser & brouiller plusieurs choses ensemble. vt pharmacopolæ faciunt.

Hic pharmacopôla, huius pharmacopôla, vng apoticaire.

Miscere venêna, Brasser des mustions pour empoisonner quelcun.) Quod est scelusexecrandum.

Ouidius, Lurida terribiles miscent aconita nouerca.

¶ Il fault temporiser: c'est a dire Prendre le temps ainsi qu'il uient. se contenter de tout. 56

Vtendum est foro.

Vtendum est foro præfenti.) Hæc duo ad verbum sonant, Il se fault gouverner selon le cours du marche,

Seruiendum est tempori.

Varietas. Seruiendum, Inseruiendum.

Accommoda te tempori. vel,

Tempori pare. Gouverne toy selon le temps. Près le temps
comme il uient.

Contentus esto præsentibus. Contente toy (ou te passe) a
ce que tu has selon le temps & lieu ou tu seras.

Consulendum est tempori.) Id est Habenda est ratio tem-
poris. Il fault auoir regard au temps. Vnde est antiquũ
adagium, Tempori parce. Espargne le temps. Ne pers
point le temps. Omnia ex Cicerone.

¶ Pour ung plaisir mille douleurs.

57

-Breuis vna voluptas Mille parit luctus.

Mille doloribus const at vnica voluptas.

Horati⁹, Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.

¶ On le luy dit pourneant. Aultant uauldroit parler a
ung sourd.

58

Surdo canitur fábula.

Verba fiunt mortuo.

¶ Parle & a une pierre & a luy, c'est tout ung.

59

Lápidi loqueris.) Id est Hómini, qui, quasi lapis sit, non
mouetur. Aultant uauldroit parler a une pierre, ou a
une busche de bois.

¶ Ce sont parolles perdues.

60

Lítori verba fiunt.

¶ Tu parles pour neant.

61

Frustra loqueris.

Vento loqueris) Id est Verba fundis inania.

¶ Promettre & tenir ce sont deux.

62

Fácil est promittere; prestare difficile.

¶ La ueue en descouvrera le faict.

63

Res indicabit.

¶ Ce qui default a l'ung, l'aultre le recompense.

64

Quod alibi diminútum, exæquatur alibi.) Diminutum:
Sub. Est.

¶ Quand tu m'appelles glorieulx, prens toy par le
ne &.

65

Quoties me superbum vocas, te circumspecte: protinus tacebis.) Gloriosus vulgo vsurpatur pro superbo: cum gloriôsus (vt alibi diximus) propriè sit inanis gloriæ cupidus & ostentator: qui ad gloriam refert quicquid aut facit, aut dicit. *Qui fait & dit toutes choses pour uaine gloire: qui ueult estre loué a tous propos: qui ne demande que monstre & apparence.*

Que feroit on a gens qui n'entendent ne rime ne raison 66

Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, neque æquum sciunt? Terentius.

Quid agas: Id est Quid agi potest. Modus est potentiâlis, & secunda persona pro tertia: sed facilius per verbû impersonale declaratur.

Quid hoc genere hominum facias? *Que feroit on a ces gens la*

Il oste a saint Pierre, pour bailler a saint Pol. Il despouille saint Pierre, pour uestir saint Pol. Il descouure saint Pierre, pour couvrir saint Pol. 67

Ab aliis eripit, quod aliis largiatur. *Il oste aux ungs, pour donner aux aultres. Cicero.*

Alium spoliat, vt alium ditet.

Quod aliis addat, aliis detrahit.

Aliénis spoliis alios augere solet.

Il fait tousiours une mesme faulte. 68

Eundem errorem sæpius iterat.

Ad eundem lapidem semper offendit.

Eâdem chorda semper oberrat.) Posteriora duo sunt ex Latinis prouerbis, eâque per translationem dicta. Nam ad eundem lapidem offendere pedem, Gallico sermone propriè significat, *Buter ou heurter a une mesme pierre.*

Oberrare verò semper eâdem chorda, *Faillir tousiours a une mesme corde en iouant de quelque instrument*

de musique.

Horatius, - & citharœdus

Ridetur, chorda qui semper oberrat eâdem.

Cithara, Vne harpe.

Citharœdus, vng ioueur de harpe.

¶ *Si tu me fais ce plaisir: ie te grateray la teste.* 69

Hoc beneficio si me ornaueris: tibi caput demulcebo.

¶ *Autant a propos què magnificat a matines.* 70

Nihil est à re magis aliènum.

In lente vnguentum.) Hoc est Id quod dicis, est tanquam vnguentum in lente. *Ce que tu dis, est autant a propos comme qui mettroit des senteurs en potage de lentilles, ou d'aultre chose.*

Hæc lens, lentis, genus leguminis.

¶ *Autant que le pere en amasse, le filz en gaspille, En gaste, En despend.* 71

Quantum pater colligit: tantum filius dissipat.) Quantu: Sub. rei vel bonorum.

Tantum profundit filius, quantum quærit pater.) Quærit Id est Acquirit.

Colligere & dissipare, cōtraria sunt. Nam colligit, qui rem (id est bona) auget: dissipat verò, qui profundit.

¶ *Tout le monde est rebatu de cela. Tout le monde le scait. cela est tout commun. cela est commun par tout. Les enfans en uont a la moustarde. Tout le monde en est abreué. c'est une chose toute commune.* 72

In ore est omni pópulo.) Sub. Illud. Terentius.

In ore omnium est. Vbique circumfertur.

Vno ore omnes id prædicant.

Fabellis anilibus id vulgatiusest.

Res est peruulgata.

Hoc vbique peruagatur.

Istud est pueris decantatum.

Quid est tam peruulgatum?

Hoc lippis & tōsoribus est notissimum.) Lippus, Vnghomme qui ha de nature les yeulx pleurans, & chacieulx.
Lippitudo, Ce uice la des yeulx.

☞ Tireꝯ au cheurotin: c'est a dire Tireꝯ a la bourse.
Baïlleꝯ argent.

Excute crumēnam. Exolue marsupium. 73

Promepecuniam.

Exprôme argentum.

Expedi nummos.) Id est Prome, deprome, profer.

Crumēna, Vne bourse.

Crumēnula, Vne petite bourse.

Marsupium, Vne gibeciere.

Meum exenterauit marsupium. Il a chastré ma gibeciere:

C'est a dire Il a prins argent dedens. Ioc^o est Plautinus.

☞ Tu as dict le point. Tu as frappé au blanc. Tu as touché le but. Tu as dict ce qui en est. 74

Rem acu tetigisti.

Scopum atigisti.) Hoc est Rem ipsam nihil aberrans, diuinasti. Tu as dict le mot sans y faillir. Tu as deuine ce qui enest. Vtrunque est prouerbiale.

Hic scopus, Le signe au quel uisent les archiers, ou arbalestriers: qui est communément d'ung papier blanc.

Sagittarius, Vng archier, ou arbalestrier.

☞ Tu entens bien le cas. Tu cognois bien la matiere. 75

Rem tenes. Terentius.

☞ Tu fais du bon uarlet. 76

Plus æquo officiosus es.

Tu nimis obsequeris. Officium simulas.

Nimum præ te fers obsequium.

☞ Tu es bien de ton pais. Tu sens bien ton pais. 77

Nimum sapiis mores patrios.

Næ tu es planè rusticus! Vrayement tu es bien de ton pais!

Nimum ineptus es. Terentius.

Quàm tu es rudis & imperitus! O que tu es sot! O que tu

es ignorant!

Quàm patrios mores adhuc réſipit!) Id eſt Sapit . O qui ſent bien encore ſon pais!

¶ Il eſt bien de ſon uillage. Il ſent bien ſon uillage. 78

Nondum ruſticos mutauit mores.

Nondum ruſticitatem depoſuit.

Adhuc non exiit agreſtem vitam.

¶ Tu me portes touſiours bonheur. 79

A te mihi ſemper foelicitas.) Sub.óritur.

A te mihi omnia ſemper honeſta & iucunda ceciderunt.

Tu m'as touſiours porté bonne encontre. Cicero.

¶ Tu me portes touſiours malheur. Tu m'apportes touſiours malencontre. 80

A te mihi omnis inſoelicitas.) Sub. Solet accídere, vel, oriri.

Tu mihi ſemper infauſtus es.

Semper mihi es inauſpicátus.

¶ Tu menaſſes de bien loing. Ce n'eſt pas choſe preſte de ce que tu menaſſes. Dieu gard la lune des loups. 81

In diem iſtud eſt quod minaris.) In diem : Id eſt In longam dilationem. Terentius.

Varietas. Minaris, Minitaris.

In diem eſt quod promittit. Il ne fait pas incontinent ce qu'il promet. ſes promeſſes ſont bien lógues. Ce ſont promeſſes de court.

¶ Tu ne ſcaurois trouuertãt de pertuis, que ie ne trouue de cheuilles. 82

Fácilé ſoluero quicquid obieceris.

Ad omnia tibi fácilé reſpondebo.

Quicquid obieceris, habeo ſemper in promptu quid reſpondeam.

Me verbis nunquam vinctes. Tu n'auras pas le dernier. Tu ne le gaigneras pas de moy. Tu ne le gaigneras pas contre moy.) Soluero: Id eſt Soluam. Futurú eſt cõiun-

Œtui, pro futuro indicatiui.

¶ Tu me romps la teste.

83

Obrundis.) Sub. Me. Tu mihi aures tundis.

Mihi lapides loqueris. Mihi tundis caput.

Mihi cerebrum excutiunt tua dicta.

Me verbis énecas.

Hæc inculcando, aures mihi radis. Ex Plauto & Terentio omnia.

¶ Ne cesseras tu iamais de me rompre la teste de cecy.

84

An ego toties de eâdem re audiam? Terentius.

Nunquámne desines, de hoc me obtundere?

An eandem cantilénam semper mihi canes?

Ecquid te pudet, me de eâdem re millies enecare?

Varietas. Desines, Cessabis.

De hac re ne me posthac obtúdas. Ne me uiens plus rompre la teste de cecy.

Obtúdit me sua loquacitate. Il m'a estourdi de son babil. Il m'a tout estourdé de son caquet: c'est a dire il m'en a rompu la teste.

Obtúdit eum pugnis.) Id est Pugnorum percussu. Il l'a tout estourdi de coups de poing. Ex Plauto.

¶ Pourquoy me uiens tu rompre la teste?

85

Cur me enecas? Quid me obtundis?

¶ Ne cesseras tu aujourd'uy de me rompre la teste? 86

Pergin' tu aures mihi tundere?

Pergin' molestus esse?

Non facis obtundendi finem?

Etiã pergis aures meas onerare tædio?) Pergin', pro Pergisne.

Sicain', vidén': Id est Aísne, vidéfné: similiaque apud comicos frequentissima.

¶ Je suis rebatu d'ouir cecy. J'en ay la teste toute rompue. J'en suis ennuye. J'en suis fâsche.

87

Tædet me de hac re toties audire.

De hac re mihi tundis caput.) Id est Quòd ad hanc rem pertinet.

Obtundis me de hac re toties iterata. Me énecas.

¶ Tu prens trop les matieres a cueur. 88

Tu nimis attendis.

Plus æquo attentus es.

Attentior es,quàm deceat. Tu regarde de trop pres. Tu es trop curieux.

Non facis ex animo.) Sub. Id quod facis. Tu ne fais pas d'affection. Tu ne prens pas la chose a cueur.

Nulla modo afficitur. Il ne prend point la chose a cueur. Il n'entient compte.

¶ Venons au point. 89

Veniamus ad rem.

¶ Vostre doç m'en respondra. 90

De corio tuo mihi satisfacies. Ex Seneca.

Tergo tuo mihi supplicium dabis.

¶ Ce sera au despens de ton doç. 91

De tergo tuo dependetur.) Id est Soluetur, satisfiet. Ex Terentio.

Illud tergi mei periculo facio. En faisant cela, ie metç mon doç en danger. En ce faisant, ie fais bon marché de mon doç.

¶ C'est sur mon doç. C'est sur mes cofres. C'est a mes dangers. 92

Res fit meo periculo.) Res: Sub. Hac vel ea.

Terentius, Nunc huius periculo fit.) Sub. Res.

Plautus in eandem sententiam, De meo tergo degetur corium.) Id est Res fiet meo periculo. Sic Erasmus.

Hic degetur, pro deteretur, teste Nonio.

¶ Il fault que tu en passes par la. C'est sur tes cofres. Il fault que tu en plumes la poire. Il t'en fault porter la peine. 93

Tu es huic noxæ obnoxius.) Hoc est Huic pœnæ obligatus es. Ex Terentio.

Noxa propriè peccatum est: aut pro peccato pœna. Vnde obnoxius: Id est Pœnæ obligatus ob delictum. Festus Pompeius.

¶ *L'ung mal attire l'autre.*

94

Aliud ex alio malum.) Sub. Oritur. Terentius.

¶ *Au besoing on voit qui amy est. Au besoing on cognoist l'amy.*

95

Amicus certus in re incerta cernitur. Ennius apud Cic.

Is amicus est, qui in re dubia iuuat. Plautus.

In eandem sententiam, Sólomon in prouerbis, Omni tempore diligit qui amicus est: & frater in angustiis comprobatur.

¶ *Qui monte plus hault qui ne doibt:*

Descend plus tost qu'il ne wouldroit.

96

Qui quærit alta, is malum videtur quærere. Plautus.

¶ *Veuls tu prendre ung homme raiç aux cheueulx:*

97

Vis nudo vestimenta detrahere: Ex Plauto.

¶ *Cela est uieulx.*

98

Vetus & vulgata cantio est. Donatus in Terentium.

Cantio, verbale nomen à cano, canis: Id est Cantilèna.

Extra cantionem. Hors de propos.

¶ *Tu dis tousiours une mesme chose. Tu parles tousiours d'ung mesme propos. Tu n'as iamais qu'une chanson.*

Tu ne dis rien de nouueau.

99

Cantilènam eandem canis.) Id est Nihil affers noui. Terentius.

¶ *Tu fais des chasteaulx en Espaigne: C'est a dire Tu penses a aultre chose.*

100

Alias res agis. Terentius.

Vide supra, sub capite, Ad rem pertinentia.

¶ *C'est mon plaisir.*

101

Sic animo collibitum est meo. Ex Plauto.

Collibet, collibuit, & collibitum est, vel fuit. Ex con præ-
positiõne inseparabili, & verbo libet.

¶ *Il a prins la clef des champs.* 102

Fugiendi data est occasio. Plautus.

¶ *Tu saultes du coq en l'asne.* 103

De calcaria in carbonariam.) Sub. incidis: vel, decurris:

*Hoc est Lõge à propósito digr éderis. Tu sors bien loing
hors de propos. Tu entres d'une matiere en l'autre,
sans aucun propos.*

Calcaria, est fornax vbi calx coquitur. Vng *fourneau a
chaulx.*

Carbonaria, Vng *fourneau a charbon.*) In his & similibus,
subauditur Fornax.

¶ *Il ne cache rien. Il ne cele rien. Il diët tout ce qu'il
sait.* 104

Totum détegit stomachum. *Il dit tout ce qu'il ha sur le
cueur.* Ex Plauto.

Huc pertinentes formulas Vide suprà, *Il dit tout ce qu'il
ha sur le cueur.*

¶ *Il ne fait que brouller.* 105

Quasi cum vnâ multa iura cõfundit cocus.) Hoc est Per-
inde facit, quasi cocus, cum multa iura confundit vnâ:
Id est Simul. *cõme quand ung cuisinier mesle plusieurs
sortes de brouet ou de potage ensemble.* Ex Plauto.

¶ *Il cuide uoller sans ailes.* 106

Sine pennis volare nititur.

Plaut. Sine pennis volare haud facile est.) Id est Difficile
est sine adiumentis aliquid rei perficere. vt si quis abs-
que libris conetur literis operam dare.

¶ *Il en yra par le pendant.* 107

Coruos in cruce pascet.) Id est Suspendetur.

**Horatius, Non hominem occidi. Non pascet in cruce
coruos.**

Cruz, Vng gibet.

Coruus, Vng corbeau.) Alii, corbin. auis notissima.

Mutuli, Les corbeaulx d'ung edifice.

Hic mutulus, mutuli.

¶ J'ay deux chordes en mon arc. Je suis assure d'ung coste, ou d'aultre. si ie faulx a l'ung, ie recouureray a l'aultre. Je ne puis faillir ou a l'ung, ou a l'aultre.

108

Duabus anchoris fultus sum.) A nautis est translatio.

Anchora, Vne ancre.

Fultus: Id est Firmatus ac stabilitus. à fulcior, fulciris.

¶ Je le cognois iusques au foye. Je le cognois dedens & dehors.

109

Noui hominem & intus, & in cute.) Hominem: Id est Eum.

¶ Nul bien fait perdu.

110

Gratia nulla perit.

¶ C'est a bon ieu bon argent. C'est a la pique. C'est a qui en aura. C'est a bon escient.

111

Collatis signis depugnatur.

Versis decertatur gladiis.

Vtrunque Plautinum est, à bello translatum.

Depugnatur & Decertatur, impersonalia sunt.

¶ Il frappe d'estoc & de taille.

112

Punctim, caesimque ferit.) Punctim: Id est Pungendo.

Caesim: Id est Caedendo,

Caedere, Couper, tailler, trencher.

¶ Tu cerches anq pieds de mouton, la ou il n'y en a que quatre.

113

Nodum in scirpo quæris. Terentius.

Nodus, Vng neu.

Scirpus, Vne maniere de ionc, auquel il n'y a point de neu.

Iuncus, Du ionc.

¶ Il fault perdre ung ueron, pour pescher ung saulmon. Qui ueult gaigner, il fault despendre.

114

Necesse est facere sumptum, qui quærit lucrum.) Sub. Eū.
vt sit, Necesse est eum hominem sumptum facere, qui
lucrum quærit. Plautus.

Qui gaigne bien & bien despend:

Ne luy fault bourse a mettre argent. 115

Non opus est ei crumēna: qui æquē sumptuosus ac quæ-
stuosus est.

Il ment comme ung arracheur de dens. 116

Est Parthis mendacior.) Nam Parthi, orientales populi
perfidii sunt: vt qui Romanos duces fraudibus sæpe
decēperint.

Horat. Ipse ego, qui nullos me affirmo scribere versus,
Inuenior Parthis mendacior.

Il ment par sa gorge. Il ment par ses dens. 117

Omnino mentitur.

Mentitur vāhementer. Admodum mentitur.

Cicero, Nihil enim proficiunt, nisi admodum menti-
antur.

T'en parle par experience. 118

Expertus loquor.) Id est Qui expertus sum, qui feci pe-
riculum.

Doctus dico. Plautus.

Expertus, *celuy qui essayé qui expérimenté quelque
chose.*

Virgilius, -experto credite, quantus

In clypeum assurgat.

Experto crede mihi, *croÿe & moy quand i'ay fait l'expe-
rience.*

Tout le monde ne peult pas estre maistre. 119

Non omnes possunt superiores accumbere. Plautus.) Ad
verbum sic redditur, *Tout le monde ne peult pas estre
assis au hault bout.*

Accumbit suprēmus. *Il est assis au hault bout. il preside
au banquet.*

¶ Il fait le beau beau deuant les gens: mais en derriere il trahist. soubz ombre de beau semblant, il trompe les gens. Garde le derriere. 120

Altera manu fert lapidem: Altera manu panem ostentat. Plautus.

¶ Il n'ha que la peau & les os. 121

Ossa & pellis totus est. Plautus.

¶ Il ioue de moy a la pelote. 122

Me quasi pilam habet. Ex Plauto.

¶ Tel ty tel my. c'est tout ung. Il s'entrereseignent tous. 123

Similia omnia.) Sub. Sunt inter eos.

Conueniunt mores.

Omnes congruunt.) Id est Conueniunt: Sub. Inter se. Et hoc dicendum est de tribus, aut pluribus. Si verò de duobus sermo fuerit, sic dices,

Ambos congruunt.

Similia omnia. Conueniunt mores.

¶ Qui voit l'ung, voit l'autre. Qui cognoist bien l'ung, cognoist l'autre. Il s'entrereseignent comme deux gouttes d'eau. 124

Vtrumlibet noris: vtrunque noueris.) Noris: Id est Si noueris. Hic enim deest, s i.

Qui vtrumuis rectè norit, ambos nouerit. Ex Terentio.

Nec aqua aquæ, nec lac lacti similius.) Sub. Est. Ex Plauto.

Nec ouum ouo similius. Ex Cicerone.

¶ Amour de femme, & ris de chien:

Tout n'en uault rien, qui ne dit tien. 125

Méretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat, videt. Plautus.

¶ Bien mal acquis, s'en ua a perdition. 126

Male partum, male disperit.

Partus, parta, partû: Id est Acquisitum, à passiuo paritur.

¶ Il prend les choses trop au ric.

127

Vsque ad cutem radit.

Ad viuum refecat.

Cicero, Neque id ad viuum refeco, vt illi qui hæc subtilius differunt.

¶ Ne te fie pas en tout le monde.

128

Ne cuius dextrâ porrexeris.) Hoc est Ne temerè quibuslibet fido. Vide cui fidas. Ne te fie pas a ung chascun, sans scauoir bien comment. Regarde bien a qui tu te fies. Fide tibi, & paucis.) Sub. Aliis. Ne te fie qu'en toy, & en peu d'autres.

¶ Il n'est que de suiure le grand chemin.

129

Extra publicam viam ne deflectas.

¶ Je suis entre deux & as. Je ne scay de quel coste me tourner. Entre deux selles le cul a terre.

130

Inter sacrum & saxum sto.) Hoc est Nescio quid facere debeam. Ex Plaut.

Nunc meæ in arcum coguntur copiar.) Metaphora ab exercitu in locorum angustiis concluso. Terentius.

¶ La chose est sur le poinct.

131

Res est in cardine.) Hoc est Res est in articulo.

¶ Le poinct du proces gist en cela.

132

In eo cardo rei vertitur.) Id est Ex ea re tota causa pèdet In hoc summa iudicii causæ que consistit. En cecy gist le principal poinct de la matiere.

Res in eo vertitur.) Id est Causa.

Vertitur in eo causa. Omnia ex Cicerone & Quintiliano.

Vertitur in eo salus mea. Tout mon salut despend de la.

Spes eius in eo vertitur. Son esperance gist en cela. Vtrunque ex Liuius.

In eo summa rei consistit. Le principal gist en cela.

Res vertitur in periculo. La chose est au plus grand danger qu'elle fut iamais. Plautus.

- ¶ Il est pensé a la fourche. 133
 Perfunctoriè tractatur.
 Varietas. Perfunctoriè, Defunctoriè.
 ¶ C'est une coruee. c'est ung acquiet. 134
 Opus est perfunctorium. vel, defunctorium.
 ¶ Nul ne peult estre bon maistre, qui n'a este bon uarlet. 135
 Nemo bene imperat, nisi qui paruerit imperio.
 ¶ Les oysons mainent les oyes pastre. Tu apprens a filz de pescheur a manger menuise. 136
 Sus Mineruam doces.) Id est Tu ipse ignarus peritum doces.
 Doctum doces. Plautus.
 ¶ La charrette ua deuant les beufs. Tout ua au rebours. 137
 Currus bouem trahit.
 ¶ Il n'est pas propre a cela. ce n'est pas son mestier. 138
 Inuita Minerua id facit.) Id est Aduersante & repugnante na. ura. Ex Cicrone.
 Horatius, Tu nihil inuita dices, facièsvè Minerua.
 ¶ Parlons grossement: c'est a dire Que tout le mode l'entende faiblement. 139
 Agamus pingui Minerua. Cicero.
 Varietas. Pingui Minerua, Crassa Minerua.
 ¶ Je le declareray grossement. 140
 Crassa (vt aiunt) Minerua rem explicabo.
 Rustice dicam. Je le diray en mon bourdois.
 Pingui Minerua docet, il enseigne faiblement.
 ¶ Il scait beaucoup, mais grossement: c'est a dire Il est encore du ueulx temps. 141
 Doctus est quidem: sed crassa, quod aiunt, Minerua.
 Horatius in secundo sermonum, Rusticus, anormis, sapiens, crassaque Minerua.
 ¶ Il le fault dire plus grossement: c'est a dire Plus rude-

ment, plus facilement.

142

Craſſiore, vt vocât, muſa. res exponenda eſt.) Id eſt Planius & intelligibilius. Ex Quintiliano.

Apertius mihi loquere, atque indoctius. *Parle a moy plus groſſement, ne parle pas ſi ſubtilement.*

Id craſſe compoſitum eſt. *cela eſt compoſe groſſement & lourdement.* Ex Horatio.

Ceſt ung mot de noſtre uillage.

143

Noſtri ſic rure loquuntur.

Qui dira tout ce qu'il uouldra,

Orra ce qu'il ne luy plaira,

144

Qui quæ vult, dicit: quæ non vult, audiet.

Terentius, Si mihi pergît quæ vult dicere: quæ nõ vult, audiet.

Il eſt trop tard de ſoy repentir. *Il n'eſt pas temps de ſe repentir quand c'eſt fait.*

145

Serò ſapiunt Phryges.) Id eſt Stultè factorum ſerò pœnitet. Vetuſtum adagium, à Cicerone uſurpatum.

Il eſt trop tard de conſeil prendre,

Quand en bataille il fault deſcendre.

146

Animate tuba galeatum ſerò duelli Pœnitet.) Hoc eſt Hominem armatum ſerò pœnitet belli, cum tuba iam canit clâſſicum, Iuuenalis.

Monet autem prouerbium, ſerâ eſſe pœnitentiam, cum iam conſilium mutari non poteſt.

Galea, *Vnz heaulme.* Inde homo galeatus: *Qui a deſiamis ſon heaulme.*

Duellum, antiqui pro bello dicebant.

Tuba, *Vne trompette.*

Canere clâſſicum, *ſonner a l'arme.*

Canere receptui, *ſonner la retraicte.*

Tempus eſt vt canamus receptui. *Il eſt temps de faire ſin.*

Translatio.

Ung ſol ne croit, *Tant qu'il recoit.*

147

E.iii.

Stultorum magister est euentus.) Id est Stulti non nisi ex rerum euentu discunt.

Malo accepto, stultus sapit.

Factum stultus cognoscit.) Posteriora duo ex Græco vertit Erasmus.

¶ Belle doctrine prend en luy,

Qui se chastie par aultruy.

148

Fœliciter is sapit, qui periculo alieno sapit. Plautus.

Cicero, Noli nostro periculo sapiens esse.

Scitum est ex aliis periculum facere. Hinc est vulgaris ille versiculus,

Fœlix quem faciunt alièna pericula cautum.

Ex vitio alterius, sapiens emendat suum. Vng homme prudent se corrige par la faulte d'aultruy. Ex mimis Publianis.

¶ L'ung barbier, raiſt l'aultre. Qui plus ſir fait, plaisir requiert.

149

Manus manum fricat. Manus manum lauat.

Gratia gratiam parit.

Beneficium beneficio prouocatur.

Da aliquid, & aliquid accipe. Donne moy, si tu ueuls que ie te donne.

Par pari referendum est. Il fault faire plaisir a qui en fait. Il fault rendre la pareille. Omnia ferè ab Erasmo.

¶ Cela s'en ua sans dire.

150

Illud vel indictum intelligitur.) Vel indictum: Id est etiã non dictum.

De hoc nihil est admonendum.

Indictum pro non dicto, vtitur Horatius.

¶ Ce n'est pas besogne preſte.

151

Non est ea res in promptu.

Non est res parata.

Ad Calendas Græcas.) Sub. Fiet illud: Id est Nunquam fiet, Græci enim Calendas non habent,

¶ *De foliuge, brefue sentence.* 152

A temerario iudice præceptis sententia.) Sub. Ferri solet.
Præceptis: Id est Subita & tumultuaria: ideoque stulta.

¶ *Qui ne peult a ung moulin, hay a l'autre.* 153

Destitutus ventis, remos adhibeat.) Translatio à nautis.

Hic nauta, Vng notonnier, ung batelier, ung marinier.

Hic remus, Vng airon, une gasche.

¶ *Si tu es plus grand maistre que moy, si disne deux fois.)* Hoc dici solet à nostratibus, in contempum alienæ opulentia, aut potentia. 154

Tibi habet tuam fortunam.) Quasi quis dicat, Nihil ego tui.

¶ *J'ay ung bon mot sur la langue: mais ie ne le puis dire.* 155

In primoribus labiis hæret mihi bonum verbum: sed nunc non succurrit.

¶ *Je l'auoye sur la langue: mais ie l'ay mangé.* 156

Hærebat mihi in summis labiis: hei mihi, deuorauit.) Id est Excidit mihi. Metaphora est Plautina.

Modò versabatur mihi in labiis primoribus. Tout a ceste heure ie l'auoye sur le bout de la langue. Ex Plauto.

¶ *J'ay trouué ung homme de ma sorte.* 157

Par ingenium nactus sum.) Id est Hominem eiusdem mecum ingenii & voluntatis, Ex Terentio.

Ingenium, hæc pro natura & moribus ponitur.

Amicú parauit, qui est alter ego.) Parauit: Id est Acquisiuit. Ex Cicerone.

Obtigit mihi amicus ex sententia, J'ay trouué ung amy a mon gré.

Varietas Ex sententia, Ex animi sententia.

¶ *Il fera ung coup de sa main.* 158

Aliquod insigne faciet. Terentius.

¶ *Je m'aduentureray a tous dangers.* 159

Extrema omnia experiar. Sallustius,

Il'en ay passe mon enuy.

160

Ea re expleui animum.

On n'est pas contraint de prendre tout a la rigueur.

161

Non necesse est omnia summo iure agere,

Terentius, Non necesse habeo omnia pro meo iure agere. *Je ne suis pas cõrraint de prendre tout a la rigueur: de tirer de luy tout ce que i en pourroye bien avoir.*

Summo iure egit mecum. *Il m'a fait du pis qu'il a peu: c'est a dire Il m'a traicté a la rigueur. Il m'a tenu grosse rigueur.* Ex Cicerone, Budæo interprete.

Summum ius, *La rigueur de droict, Rigueur de iustice.*

Summo iure, *A toute rigueur.*

Je ne suis pas si hardi, ou si oultre cuidé.

162

Nonest mihi tam prompta audacia,

Non tantum aufim facinus.

Je suis si empesché aux affaires d'aultruy, que ie ne puis entendre aux niennes.

163

Alienarum rerum cura auertit me à mearum cogitatione. Ex Cicerone.

Rerum alienarum sollicitudo non sinit me de meis cogitare.

Il a fait tout son effort al'encontre de moy. Il a fait du pis qu'il a peu.

164

Omnes suos effudit in me conatus. Ex Cicerone.

Omnes effudit vires suas.

Frustra conatus est. *Il a fait son effort.* Hoc est Tétavit quidem, sed nihil effecit. *Il a essayé, mais il n'a rien mis en effect.*

Omnes suos effudit in me conatus. *Il m'a fait du pis qu'il a peu: c'est a dire Il m'a persecuté en toutes les sortes qu'il luy a este possible.*

Omnibus rerum verborumque contumeliis cum conse-

- Status est. Il luy a fait & dict du pis qu'il a peu. Suet.
 ¶ Il fait le sourd. 165
 Audiens non audit.) Id est Audire dissimulat, Vulgus Pa-
 risiense dicit, Il fait du rententras. Huc pertinentia
 inuenias capite FACIO, 41.
 ¶ Il dit au plus loing de sa pensee. 166
 Non dicit ex animo.
 A mente abhorret eius oratio.) Abhorret: Id est Alic-
 na est.
 Animus haudquaquam verbis respondet.) Id est Mini-
 me conuenit,
 ¶ Il est bon a ueoir. On le uoit bien. Il y appert. 167
 Res apparet. Terentius.
 Manifesta res est.
 Res est euentissima. On le uoit a l'oeil,
 ¶ Je te fais grande grace. 168
 Largè tibi indulgeo.
 Plurimum tibi remitto,
 ¶ Il m'a fait ung passedroit. 169
 De suo iure deceffit mihi. Ex Cicerone, Budæo inter-
 prete.
 ¶ Il fait cela par coustume, par accoustumance. 170
 Consuetudine illud facit.
 ¶ Il n'est bon pour soy, ne pour aultruy. 171
 Nec sibi, nec aliis prodest. Ex Cicerone.
 Nec sibi nec aliis vtilis.) Sub. Est.
 Nec sibi quidem bonus.) Sub. Est: Hoc est Tantum abest,
 vt aliis bonus sit, vt nec sibi ipsi profit. *seulement il ne
 fait pas bien a soy mesme: tant s'en fault qu'il face bien
 aux aultres.*
 ¶ D'ung mauuais payeur il fault prendre tout ce qu'on
 en peult auoir. Il s'en fault payer comme on peult. 172
 Debitorem nactus improbum, semper auferat ab eo,
 quicquid poterit. Ou'il emporte tousiours sur le tant

moins tout ce qu'il pourra.

Nactus improbum debitorem: Id est Is cui obtigit debitor improbus. *Celuy a qui est escheut ung mauvais payeur.*

Auferat.) Terentius, Nunquã adeò astutus fui, quin quicquid possem, malle m auferre potius in præsentia.

Probus debitor: Id est Qui libenter & facilement soluit. *Vng bon payeur. Vng homme qui paye uoluntiers.* Sic appellat Budæus. Sic contra **Improbis debitor:** Id est Difficilis ad solucendum, *Qui paye a regret, qui recule tousiours a payer.*

Difficilem debitorem vocat Erasmus, qui cum possit, nolit quod debet, reddere.

¶ Il m'a baille bourdes en payement.

173

Dicta docta pro datis mihi dedit. Plautus.) **Pro datis:** Id est Pro muneribus, aut beneficiis meis.

Me dictis elusit suis.

¶ Il n'ha pas tous ses aises.

174

Duriter victitat.

¶ Nous n'auons pas toutes nos aises au college: C'est a dire Nous y endurons beaucoup de miseres & de pouretes.

175

In gymnasio durissimè victitamus.

In schola vitam parcè ac duriter agimus.

In ludo literario acerba multa perpétimur.

Perpetior, perpéteris, perpeffus sum, pérpeti, Endurer tout au long.

¶ Il ne s'y fault plus attēdre. Il n'y a plus d'esperāce.

Desperata res est.

Res est deplorata.

Actū est.) Sub. De re illa. *C'en est fait. Il en est fait. Il est fait de cela.*

¶ Il ne falloit plus que cecy pour m'acheuer de paindre.

177

Hoc mihi vnum ex plurimis miseriis reliquum fuerat
malum. Terentius.

Ex omnibus malis id solum restabat mihi.

*Cil qui d'aultruy parler voudra,
Regarde a soy, il se taura,*

178

Qui me lædere dente vis catino,

Te circumspecte: protinus tacebis.

Sic vertit Claudius Budinus amicus meus, vir amœnissi-
mi ingenii.

In hanc sententiam extat adagium apud Erasimum, Te-
ipsum inspice.) Hoc est Stultum est in alterum dicere,
quod in te possit retorqueri,

Cil seche sur le pied.

179

Cor eius guttatim contabescit. Plaut.

Contabescit miser. Terentius.

Dolore ac miseria tabescit. Terent.

Cil uend bien cher sa peine,

180

Operam suam percarè vendit.

Plura vide sub titulo P R E C I I.

Tu te mesles tousiours de tout,

181

Magnus es ardelio. Martialis.

La chose est chaulde.

182

Feruet opus.

La chose est petite de soy: mais elle me touche au cuer:

C'est a dire y'en ay grand douleur.

183

Res ipsa parua: sed animi mei dolor magnus.) Sub. Est.

Cicero.

La chose ne peult estre en pire estat, qu'elle est pour

le present.

184

Peiore loco res non potest esse, quàm in quo nunc sita
est. Terentius.

Cicero, Peiore loco non potis est res esse.) Sub. Quàm
sit.

Potis est: Pro potest, Antiquè.

¶ La chose n'est que taillée & esbauchée: C'est à dire
 La chose est grossièrement commencée. 185
 Res est tantum inchoata, atque exasciata.) Exasciata: trās-
 latum à fabris lignariis. Ex Budæo.

¶ Tu es mis hors de ma grace. Tu as fait avec moy,
 Tu n'as pas beau reuënir uers moy. Tu es hors de
 court. 186

Confregisti apud me tésseram. Plaut.

Metáphora est ab hospítibus. Erat enim téssera, symbo-
 lum hospitale. Hoc est Signum quo prolato cogno-
 scebantur hóspites, quoties redirent. Sic Erasmus.

Quid autem sit hospes, álibi docuimus.

¶ Tu pourriras en ton ordure. 187

In squallore tuo & pœdore confenesces.

¶ Tu aimes bien besogne faicte, 188

Tu es otii amantissimus.

Nihil aliud quàm otium quæris.

Tu es insignis cessator. Tu es un grand musart.

Mauis in otio esse, quàm in negotio. Tu es content de ne
 rien faire.

¶ Tu n'as pas amendé ton marché.

Tu as empiré ton marché.

189

Conditiónem tuam deteriorem fecisti.

Crimen tuum exaggerasti. Tu as augmenté ton mal faict.

¶ Tu t'es bien refaict. Tu as faict bonne chere. Tu t'es
 bien traicté. 190

Te pulchrè tractauisti.

Curasti probè cuticulam.

Genialiter epulatus es.

Te curasti molliter.

Plura inuenies supra, NOVS FERONS AV IOVR-
 DHVY BONNE CHERE.

¶ Tu ne sers icy de rien.

191

Tu es véluti canis in balneo.) Hoc est Tu es inutilis. Quid

enim canis prodesse in balneo potest:

Hoc balneum: Pluraliter hæc balnea, balneorum. *Le lieu approprié pour se baigner & estuver en une maison.*

Hæc balneæ, balnearum: idem quod balneū. Hæc balnea, huius balneæ, non dicitur.

Vaporarium, *Le lieu aux estuves, au quel on sue.* Græcè hypocaustum dicitur.

☞ *Bône renommée, vault mieulx que ceinture doree.* 192
Bona opinio, homini tutior pecunia est.) Id est Quàm pecunia.

Bona opinio: Id est Bonum nomen, fama, existimatio. Ex mimis Publianis.

Fama pluris quàm opes.) Fama: Sub. Est: Id est Valet, æstimatur.

Nomen ópibus præponendum.) Sub. Est.

Honestus rumor, alterum est patrimonium. Ex mimis Publianis.

☞ *Je suis le plus malheureux du monde. Il est fait de moy.* 193

Nulla mihi abest iam perditio pernicies. *Il n'est perdition n'y malheur qui ne me suiue. Tout malheur me suit.* Ex Plauto.

☞ *Tout se passe.* 194

Omnia prætereunt.

☞ *Trop hasté se schaulda.* 295

Ne feceris, quod factum nolis.) Factum: Sub. Esse. Hoc est Noli id facere, quod te fecisse, postea poeniteat.

Præcipitis consilii, comes est poenitentia.

Præceps consilium: Id est Súbitum, præcipitatum & nõ satis examinatum.

Malum consiliú, quod mutari non potest. Ex mimis Publianis.

Deliberádum est diu, quod statuendum est semel.) Id est De quo tantum semel decerni potest. Vt de matri-

monio, de cœnobio. Ex mimis Publianis.

Cœnobium, *Vng couuent de religieulx.*

Cœnobita, *Vng religieulx, Vng moine.*

Monachus, *Idem quod cœnobita.*

Cœnobiarcha, *Vng abbe: quasi cœnobii princeps. Sic utitur Budæus pro abbâte.*

¶ *Nul ne uienne demain,*

s'il n'apporte son pain.

196

Craſtinus dies sibi prouidebit.

Pereat, qui craſtina curat.

Horat. Odarũ I, *Quid ſit futurum cras, fuge quærere: &*

Quem fors dierum cunque dabit, lucro Appône.

¶ *On uous fera de tel pain ſouppes.*

197

Ab alio exp: ctes, alteri quod feceris. Ex mimis Publianis.

¶ *Il n'y a ſi bon chartier, qui ne uerſe quelque fois. Il*

n'y a ſi bon, qui ne faille aucunes fois.

198

Nullus eſt tam lynceus, quin peccet aliquando. Cicero.

Quandôque bonus dormitat Homerus.) Quandôque:

Id eſt Interdum. Par fois. Horatius.

¶ *Vng homme n'eſt pas touſiours ſage. On n'eſt pas touſiours bien aduiſé.*

199

Nemo mortalium omnibus horis ſapit. Plinius.

¶ *Qui d'aultruy prend,*

ſubieſt ſe rend.

200

Beneficiũ accipere, libertatẽ vèdere eſt. Publius in mimis.

Vulgare eſt, Munera ſumpta ligant.

¶ *Trop ne uault rien, ſ'il n'eſt d'aſne.*

201

Nihil nimis.) Sub. Faciendum eſt.

Terentius, Nam id arbitror ápprime in vita eſſe vtile,

vt nequid nimis.) Sub. Fiat.

Plinius, Pernicioſiſſimum autem in omni vita quidem quod nimium: præcipuè tamen corpori.) Quod nimium: Sub. Eſt.

¶ *Qui trop toſt iugè, toſt ſe repend.*

202

Ad pœnitendum properat, cito qui iudicat. Ex mimis Publianis.

¶ *Cy prins, cy mis. Aussi tost fait, que dict.* 203

Dictum ac factum.) Id est Cito. Quasi quis dicat, Simul dictum, simul factum. Aut, Tam cito factum, quàm dictum. Est enim, teste Donato, prouerbum celeritatis. Dictum ac factum reddam tibi. *Je te le rendray cy prins, cy mis. Je te le rendray aussi tost fait que dict: c'est a dire Tout incontinent.*

Dictum ac factum rediit. *Il s'en est retourné tout incontinent. Il n'a point arresté.* Ex Terentio.

Venustum erit (vt cætera prouerbia) si & parcè & in loco vtemur. Non enim adagia semper in ore habenda sunt: alioqui prorsus vilescunt.

DICTO CITIVS, eandem habet significationem: vt, Dicto citius id negotiũ cõfecero.) Id est Celerius quàm dici queat. *J'auray par fait cela tout incontinent.*

DICTVM AC FACTVM, vna pars est oratiõnis: Hoc est Qualitatis aduerbium.

¶ *Trop enquerir, n'est pas bon.* 204

Stultum est quærere quod pigeat inuenisse.) Hoc est Ne curiose multa scrutêris, ne fortè audias quæ non velis. Nimis enim scrutando, interdũ comperitur, quod fatius sit ignorasse.

Pigeat: Id est Molestum fit.

¶ *Ce qui est dict, est dict: c'est a dire Vne parole dicte, ne se peult nullement reuoquer.* 205

Nescit vox missa reuerti.) Caue igitur nequid temerè loquaris. Horatianum est.

Vox missa: Id est Emissa.

Idem Horatius, Et semel emissum volat irreuocabile verbum.

Nescit seruire.) Id est Seruire non didicit.

Non cõfueuit. *Il n'a point appris (il n'a pas accoustumé)*

aestre subiect.

Horatius, Seruiet æternum, qui paruo nesciet vti.

¶ *Il n'ya si bon qui ne perdist patience.* 206

Furor fit læsa sæpius patientia.) Id est Vir lenis & patiens, si sæpius lædatur, tandem grauius irascitur. Ex mimis Publianis.

¶ *Qui se fait brebis, le loup le mange.* 207

Nimia simplicitas facile dolis opprimitur.) Dolis: Id est Fraudibus. Hic dolus, doli.

Homo dolosus: Id est Fraudulentus. *Vng homme cauteleux, malicieux, trompeur.*

¶ *Il n'est banquet que d'homme chiche.* 208

Parci hominis lautissimum conuiuium.) Sub. Est.

¶ *Vng malheur n'est point tout seul. Vng inconuenient ne uient point sans l'autre. Vng malheur suit l'autre.* 209

Fortuna obesse nulli contenta est semel.) Id est Nullum malum venit sine incurfu alterius mali. Mimus est Publianus: expositio Erasmica est.

¶ *Il faut endurer pour durer.* 210

Superanda omnis fortuna ferendo est. Virgilius.

¶ *Endurer fault pour mieulx auoir.* 211

Bonorum spe ferenda sunt mala.

Publius in mimis, Feras quod lædit: vt, quod prodest, perferas.) Id est Vt potiare cómodo, feras incommodū. Sic Erasmus.

Plautus, Fortiter malum qui patitur, idem post potitur bonum.) Pro eo quod est, Potitur bono. Antiqué.

In eandem sententiam Virgilianus AENEAS suos consolatus, sic concludit,

Durate: & vosmet rebus seruate secundis.) Hoc est Durari, fortes & constantes estote in tolerandis laboribus: atque ita conseruate vitam vestram ad res prosperas in Latio perfruendas. *Endurez, espargnez vous, &*

uons contregardez pour mieulx auoir. Hoc est Nolite rebus aduersis, & laboribus succumbere. Ne uous laissez pas abbatre aux aduersitez.

Hæ sententiæ multò fructuosiores erunt, si eas accommodabis ad crucem IESU CHRISTI, spe futurorum præmiorum, æquo animo ferendam. Neque enim semper est de terrenis cogitandum: attollendi sunt quandoque oculi, vt cælestia cõtemplemur. Alioqui frustra & in perniciem nostram Ethnicorum monumeta legerimus.

Qui perd le sien, perd le sens.

212

Vix in damno quisquam sapit.

Amiſſis rebus nemo satis patiens.) Sub. Est.

Quisferat æquo animo dispendium?

Une fois mauuais, est tousiours estimè mauuais. 213

Fides (vt anima) vnde abiit, nunquam redit.) Hoc est Vt vita semel amiſſa nunquam reuertitur: sic nec fides.

Ex mimis Publianis, Erasmo interprete.

Tant ua le pot a l'æue, que l'anſe y demeure. 214

Sæpius offendens, aliquando lædit pedem.) Facilis metaphora. Nam quid sit offendere, alibi diximus.

Error sæpe repetitus tãdem vindicatur.) Id est Punitur.

Pourneant on prie ung mauu piteux. 215

Fruſtra rogarur, qui miſerèri nõ potest.) Mim⁹ est Publii.

Il fault endurer, puis que c'est force. 216

Ferendum est, quando mutari nequit.) Id est Cum mutari nequeat. Sub. Illud.

Publius in mimis, Feras, non culpes, quod mutari non potest.

Quando: Id est Quoniam. Puiſque.

Contre fortune la diuerſe,

sibon chartier n'est qui ne uerſe. 217

Fortuna in omni re dominatur. Salluſtius.

Virgilius, Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.) Id est Quod vinci non potest.

¶ Il ha beau dormir tard, qui ha le br uit de se leuer
 matin. 218

Virtûtis nomen haud facile extinguitur.

¶ Il en fault passer par la. 219

Illud necessitatis est. Sic fieri necesse est.

Res est immutabilis.

Fieri aliter non potest.

¶ C'estoit force de faire ainsi. Il en falloit passer par
 la. 220

Sic faciendum fuit. Necesse fuit illud facere.

Id fieri necessitas coegit.

Huc impulit necessitas.) Huc pro Illud: Id est Ad illud fa-
 ciendum.

¶ Il en passera par la. 221

Id faciet, vel inuitus.

Velit nolit, huc adigetur.) Id est cogetur, compelletur.

¶ Tu es long comme une uielle. 222

Citius pariût elephâti.) Adagiû ex eo natû est, quòd ele-
 phâtes (vt ait Aristoteles) biênio foctû in vtero gestât.

Hic élephas, elephâtis: aut elephâr°, elephâti: vng elephât.

Quod animal est omnium terrestrium maximum.

¶ En la fin on scait tout. Tout se descouvre a la fin. 223

Tempus omnia reuêlat.) Id est Prodit, Patefacit, Palàm
 facit, Manifestat. Citat Erasmus ex Tertulliano.

¶ En vieillissant on apprend tousiours quelque chose. 224

Discipulus est prioris, posterior dies.) Hoc est Ex præteri-
 ti temporis experientia semper aliquid in futurum do-
 cemur. Ex mimis Publianis.

¶ En forgeant, on apprend a forger. 225

Fabricâdo, fábrica discitur.) Hoc est Cuius libet rei peri-
 tia exercitatione comparatur.

Vsus frequens, omniû magistrorû præcepta superat. Cic.

Rerum omnium magister est vsus. Cæsar cõmentario 1.
 de bello ciuili.

Vfus & experiētia dominatur in artibus. *Il n'est que d'a-
voir usage & experience.* Columella.

Triuiale est illud, sed Latīnum tamen: *Experientia, est
rerum magistra.*

Docet experientia multos. *L'usage sert beaucoup a plu-
sieurs.*

¶ *On ne cognoist pas les gens au uisage.* 226

Fronti nulla fides.) Sub. Est: *Hoc est Fallax sæpe est iudi-
cium ex vultu hominum.*

Fronti: Id est Vultui. Iuuenalis.

¶ *Il n'y a point de fiance au monde.* 227

Nusquam tuta fides. Virgilius.

¶ *CA rude asne, rude asnier.* 228

Malo nodo malus quærendus est cuneus. Ad verbum sic
sonat, *A mauuais neu de bois, il fault chercher ung mau-
uais coing.*) MALO NODO, datiuus est.

¶ *Gens qui craignent sont tousiours en soulcı.* 229

Nulla est metuentibus quies. Iustinus.

¶ *Il y a moyen par tout.* 230

In omnibus mediocritatis régula optima est. Cicero:

Vnde illud triuiale, *Medium tenuère beati.*

Plinius, Hercule iudico, modū rerum omniū vtilissimū.

¶ *Il ne scait aultre chose, que saulter au col des aul-
tres.* 231

Sæper ab aliorū collo pēdet. Ex declamationibus Quintil.

¶ *Bien est malheureux qui est cause de son malheur.* 232

Bis interimitur, qui suis armis perit.) *Vt si quis hominem
prouexerit, à quo postea oppugnetur. Comme si quel-
cun a esleué celuy qui luy fait apres la guerre.* Ex mi-
imis Publianis.

Ouidius, *Heu patior telis vulnera facta meis. Helasie suis
nauré de mon propre baston.*

Intérīmo, intérimis, intérimi, intérimere, interemptūs

Id est Interficere.

¶ Tu luy as rompu son œup: c'est a dire son effort. 233
Fregisti ei conatum.

Hic conatus, huius conatus.

¶ Il a passé par deuant l'huis du paticier: c'est a dire Il
a perdu toute honte. 234

Perfricuit faciem.

Frontem perfricuit.) Id est Omnem pudorem deposuit.

Il ba toute honte perdue.

Parisus etiam dicitur, Il a passé par la porte Baudes.

Est mulier frontis perfrictæ. C'est une femme eshontee.

¶ Autant de testes, autant d'opinions. 235

Quot homines, tot sententiæ.) Sub. Sunt. Terentius.

Horatius in sermonibus,

-Quot caput viuant, totidem studiorum

Milia.) Hoc est Quot hominum milia viuant, totidẽ sunt
studiorum (id est, voluntatum) milia.

Virgilius, Scinditur incertum studia in cõtraria vulgus.

¶ Tant de pais, tant de guises. 236

Suus cuique mos est. Terentius.

¶ Poureté fait faire beaucoup de choses. 237

Hominem experiri multa, paupertas iubet.) Id est Sua-
det. Ex mimis Publii.

Multa intellige, aut bona, aut mala.

Bona: vt aliquid ingeniosum excogitare: quod profit hu-
mano generi.

Mala: vt aliquod scelus admittere. Vnde illud vulgare, Ad
turpia cogitegestas.

De bonis autem est illud Virgilianum,

Tum variæ venère artes: labor omnia vicit

Improbis, & duris vrgens in rebus egestas.

¶ Tout se fait avec le temps. 238

Tempus omnia perficit.

Cicero, Nihil est quod non longinquitas temporum ef-
ficere, atque aßequi possit.) Longinquitas: Id est Diu-

turnitas.

¶ Tu has le temps a bon marché. Tu ne plains rien le temps. Tu fais bon marché du temps. 239

Nihil tibi vilius, quàm tempus expenditur.

Tempus est tibi vilissimum.

¶ Nul ne gaigne, que l'aultre ne perde. 240

Lucrũ sine dāno alteri⁹ fieri nõ potest. Publi⁹ in mimis.

¶ Tel maistre, tel uarlet. 241

Qualis herus, talis seruus.) Sub. Est: vel esse solet.

Seruus domino similis.) Sub. Est.

Qualis hera, tales ancillæ. Telle maistresse, telle chambriere. Hoc posterius vertit Erasmus ex Græco.

¶ Plus de prouffit, & moins d'honneur. 242

Satius est honoris, quàm pecuniæ, iacturam facere.

¶ Il peult bien peu, qui ne peult nuire. 243

Inimicum, quanuis hũmitem, docti est metuere.) Quanuis hũmitem: Id est Quantumuis infimum. vel, etiam si sit infimus. Tant petit soit il, & de petite puissance.

Ex mimis Publianis.

¶ Il fault battre le fer, ce pendant qu'il est chault. 244

Hoc nihil est: nisi, dum calet, agitur. Ex Plauto.

Nunc ferrum in igni est.) Id est Negotium nunc maximè agitur. A ceste heure la chose est chaulde.

¶ Chascun demande sa sorte. 245

Pares cum paribus facillimè cõgregantur. Ex Cicerone.

Similis similem sibi quærit. Triuiale est, at Latinum.

¶ Beaulté ne met gueres a passer. 246

Cito pereunt flores.) Id est Pulcherrima quæque & iucundissima cito præterent.

Ouid. Forma bonũ fragile est: quãtũq; accedit ad annos,

Fit minor: & spatio carpitur ipsa suo.

Virgilius, Optima quæque dies miseris mortalibus æui

Prima fugit. Le bon temps ne dure gueres.

Sic Bapt. Máttuanus, -breuis est fœlicior æui Conditio.

- ¶ *C'est beaulté sans bonté.* 247
 Est aurū subæratū.) Trāslatio est à nūmo æreo extrinsecus inaurato. Sūt & alia eiusmodi multa: vt annulus, & imago. Dicit quoq; potest de homine haudquaquā sincero, Est aurū subæratū.) Hoc est Nulla est in eo fides, licet probus ex vultū appareat. Il n'y a point de fiance en luy.
- ¶ *Par trop debatre, la uerité se perd.* 248
 Nimiū altercādo, veritas amittitur. Ex Publianis mimis.
- ¶ *Toute chair n'est pas uenaison.* 249
 Aliter cātuli longè olent: aliter fucs. Plautus.
- ¶ *Qui ueult auoir du feu: il le fault chercher au doigt.*
 Nul bien sans peine. 250
 Qui è nuce nucleum esse vult, frangit nucē.) Esse, Manger. Ab edo, es. Plautus.
- ¶ *Tu chantes deuant la feste. Tu crie Noel deuant qu'il soit uenu.* 251
 Ante victoriam canis triumphum.
- ¶ *A petit mercier, petit panier.* 252
 Paruum paruū decent. Horatius.
- ¶ *Qui uend la uache, dit le mot.* 253
 Cuius est merx, eius est indicatio.
- ¶ *Tu uiens apres la feste. Tu uiens trop tard. Tu uiens pour seruir de moutarde apres disner.* 254
 Serò venisti.
- Serò post tempus venis. Plautus.
- ¶ *Il n'est pas temps de fermer l'estable, quand le cheual est perdu.* 255
 Quid inuat amisso claudere sæpta grege: Ouidius. Serò sapiunt Phryges.) Id est Troiani.
- Serum est remedium.
- Ouidius, Principiis obsta: serò medicina paratur,
 Quum mala per longas inualuere moras.
- ¶ *Qui respond, si paye.* 256

Sponsor est soluendo obnoxius.

¶ Elle est au plus offrant. Elle est a qui plus luy donne.
Elle est a qui en ueult: C'est a dire Elle est abandon-
nee a tout le monde. 257

Habet pudiciã in propatulo.) Hoc est Quibuslibet pro-
stituta est.

¶ Il ne peult sortir d'ung sac, que ce qui y est: C'est a di-
re D'ung meschant homme, meschantes paroles. 258

Qualis vir, talis eius oratio.) Sub. Est. Seneca.

Quæ sententia in laudem quoque dicitur: Hoc est A viro
bono non nisi bona verba proficisci.

Vulgare est illud, sed elegãter dictum: Sermo, hominum
mores & celat, & indicat idem.

¶ Il n'est rien plus uray que cela. 259

Id verius est responso Apollinis.) Sic ethnici dicebant de
re verissima.

Terentius in Andria, Non Apollinis magis. verum, atque
hoc, respõsum est. Nos autem Christiani dicimus, Tam
verum est illud, quàm euangelium. Cela est uray com-
me l'euangile.

¶ Chascun ha son vice. 260

Suum cuiq; vitiũ est.) Suum: Id est Propriũ & naturale.
Vnicuique dedit vitium natura creato. Horatius.

Nemo sine crimine viuit.) Hoc est Sine reprehensione.
Nulli sans blasme.

¶ Deux montaignes ne se rencontrent iamais. 261

Nunquam duo concurrunt montes.

¶ Qui scait mestier, ne peult perir. C'est a dire Ne
peult mourir de faim, Ne peult faillir a uiure. Qui
scait mestier, peult aller par tout. 262

Sua cuique ars pro viatico est.

¶ Il fait tout pour argent. 263

Habet omnia venalia) Hoc est ille pecunia facile ad quod
us scelus impellitur.

Omnia sunt Romæ vernalia. *On fait tout a Romme pour argent.*) Hoc est Quod Iuuenalis dixit, Omnia Romæ cum precio .

¶ *Il n'est noblesse que de uertu,* 264

Nobilitas, sola est atque vnica virtus. Iuuenalis.

¶ *Il le fault mettre en tutelle.* 265

Ad agnâtos & gētiles deducēdus est.) Antiquum est adagium , quo mente captum quempiam exprimebant, Ex Varrone.

¶ *Il a escorché le regnard,* 266

Euomuit crapulam.

¶ *Vng bon ami pour l'aultre ueille,* 267

Amicus amico vigilat.

Plautus in eandem sententiam. Nihil homini, amico est opportuno amicus.

¶ *Vne fois n'est pas coustume.* 268

Non vna hirundo facit ver.

Mantuanus, Ver non vna dies, non vna reducit hirundo.

¶ *Soit tost ou tard, ou pres ou loing,
Le riche ha du poure besing,* 269

Serius aut citius paupere diues eget.

¶ *Dire & faire, ce sont deux.* 270

Loqui facile est: præstare difficile. Ex Lactantio.

Vtinam quidem tam multi bene facerent, quam multi loquuntur bene. Idem author.

¶ *Ce qui est perdu, est perdu: C'est a dire Il ne s'en fault point tormenter, quand il n'y a plus de remede.* 271

Quod periit, periit. Ex Plauto.

¶ *Qui ha uertu, il ha tout. Il est assez riche, qui ha uertu.* 272

Omnia adsunt bona, quem penes est virtus.) Sensus est Omnia bona adsunt ei, penes quē virtus est: Id est Qui virtutem habet. Plautus.

Virtus omnia in se habet. Idem.

In hanc sententiam Varro, Non quærenda est homini, qui habet virtutem, pœnula imbri.) Id est Ad imbrem, ad pluuiam.

¶ *Toutes eaues uont a la mer.*

273

Quis fluuius est, quem non recipiat mare? Ex Plauto.

¶ *Chascun soit content de ses biens. Qui n'ha suffisance, n'ha rien.*

274

Suis quisque contentus fir.

Pauper est, cui sua non sufficiunt.

Satis diues, qui sanus, & suis contentus est. *Il est assez riche, qui ha santé & suffisance.*

¶ *Plus scauoir, & dire moins: c'est a dire il n'est pas bon de dire tout ce qu'on scait.*

275

Plus scire satius est, quàm loqui.

Plus oportet scire serui, quàm loqui. *Vng seruiteur doit plus scauoir, que dire. Vtrunque ex Plauto.*

¶ *Fol est qui s'oublie.*

276

Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit.) Hoc est Frustra sapiens est, qui sibi nõ prodest. Cicero.

¶ *Tu as tout saulé.*

277

Seruasti omnem ratem. Hoc est Omnia seruasti. Prouerbialis est locutio ex Plauto.

Hoc autem dicit ad literam, Tu seruasti nauem cum rebus ipsis.

¶ *T'aime mieulx mon proufit, que celuy d'aultroy.*

178

Proximus sum égomet mihi. Terentius.

Tunica est pallio propior. *Ma robe m'est de biẽ pres: mais ma chemise encore plus. Ma chemise m'est de plus pres que ma robe. Plautus.*

In eandem sententiam est triuiale illud, Semper tibi proximus esto: Hoc est Tibi in primis consule. *Pense de toy plus que des aultres.*

Sed contra hæc diuus Paulus ait, Caritas non quærit quæ sua sunt.

¶ *Il se fait battre comme plastre.* 279
Tergum suum ictibus assidue subiicit.

Plautus, Tergum suum subiicit culcitram ictibus.) Id est
Tanquam culcitram supponit se verberibus.

¶ *Il m'a trenché mes motz.* C'est a dire il m'a determi-
né quand & comment & combien ie doy parler. 280

Finem statuit orationi meæ. Ex Terentio.

Loquendi modum præscripsit mihi.

Præscripta verba, *Motz trenchéz.*

Quæcunque dicit, verba sunt præscripta. *Ce sont motz
trenchéz, tout ce qu'il dit.*) Sermo est ex iure civili.

¶ *Garde le bec.* 281

Digito compeſce labellum.) Hoc autem proverbio mo-
nemus celari, siquid est quod prodi nolimus. Sapius ta-
men & commodius vsurpatur, cum quempiam admo-
nere volumus, ne de ea re temerè loquatur, cuius sit
periculosa mentio.

¶ *Bonne bouche.* 282

Quod scis, nescis.) Id est Quod scis, finge te nescire: & ita
cela, quasi nescias.

Ludus pilæ pal-

M A R I Æ.

C A P V T L I X.

¶ *A. Veuls tu iouer a la paulme? B. Ie le ueulx bien. Fai-
sons partie.*

A. Visne ludere pila palmaria?

B. Equidem volo. Sortiamur partes.

Varietas. Ludere, Certare, Contendere.

Varietas. Pila palmaria, Pila volatili.

Varietas. Sortiamur partes, Fiat sortitio partium.

¶ *Olio variatum est sub cap. Adu. 148.*

A. *Nous trois contre vous trois.* **B.** *Nous le voulõs bien.*
Nous en sommes contents. 2

A. *Nos tres, vobis tribus.)* **Sub.** *Colludemus.* **B.** *Maximè volumus.*

Varietas. *Maximè volum⁹, Apprimè volum⁹, Nihil moramur, Vólumus sanè, Maximè placet.)* **Sub.** *Nobis.*

A. *Que voulez vous iouer?* **B.** *Vne pinte de vin.* 3

A. *Quanti vultis ludere?* **B.** *Pinta vini.*

Satis est scholasticis de sola victoria contèdère: præsertim cum vètitum sit in gymnasiis, ne illi computationes in cubiculis ágitent. Nos autem in hoc libello secuti sumus puerorum verba: non quia semper probamus ita esse aut dicendum, aut faciendum: sed vt ex eiusmodi verbis, quasi thematibus, sumpto exemplo facilius Latine loqui doceamus, Non enim dubium est, quin verborum proprietatem claritus intellecturi sint, vbi notis illis & quotidianis locutionibus, Latine opponètur formulæ.

Varietas. *Quanti vultis ludere? Quanti vultis certare?*

Quodnam victoribus erit præmium? vel,

Quæ præmia feret victor? Pintam vini.

Quanti ludemus? Pour combien iurons nous?

A. *Je n'ay point d'argent: Iehan fâz bon pour moy: & ie te le redray aujourdhuy pour tout certain.* **B.** *Iehan. Je le ueulx bien.* 4

A. *Nô habeo præsentè pecuniã. Rogo te Ioannes, spõde meo nomine: certè hodie bona fide reddã tibi.* **O A N.** *Maximè volo.* 5

A. *Qui est ce qui en ira querir?* **B.** *Tais toy: ie trouueray bien qui ira.* 5

A. *Quis petitum ibit?* **B.** *Tace: facile inueniam, qui petat.)*
Id est Qui petitum eat.

Terentius, *Tace: égomet conueniam illum.*

Quis petitum ibit?) **Sub.** *Vinum: de quo scilicet præcessit mentio.*

Varietas. Tace, Quiesce, Depone istā curam, De hoc define sollicitus esse, vel sollicitari, Omitte istam curā, Relinque mihi istam prouinciam, Da mihi hoc negotii. *Laisse m'en faire.*

¶ A. *Iouons donc. Mais qui est ce qui sera dedēs le ieu?* B. *Vous y sereZ: car uous estes les meilleurs.* A. *Je n'en feray rien: uoyons qui y sera.* B. *Que prens tu pluye, ou beau temps?* A. *Je prens pluye.* B. *Voila beau temps: uous estes dedens le ieu: alleZ, & commenceZ.* 6

A. *Ludamus igitur. Sed vtra pars, prior excipiet pilam?* B. *Vestra: nempe qui peritiores estis.* A. *Nō finam: at forte potius experiamur.* B. *Vtrum optas: nūbilum, an serēnum?* A. *Nūbilum.* B. *En serēnum: vos estis priores excepturi. Transite illuc: atque auspicamini.*

Excepturi: Sub. Pilam.

Varietas. *Vtra pars, prior excipiet pilam? Vtri priores lacerassent?* B. *Vos, &c.*

¶ *Or sus, iouons bien.* 7

Agitē commilitones, certemus gnāuiter.

Commilitōnes: métaphora est à re militari. Nec témere: quia hīc agitur de certamine.) Nec témere: Id est Nec frustra, nō sine ratiōne hīc accommodata est illa métaphora.

¶ A. *Courage. Iouons bien. Mais ou sera le ieu?* B. *A la corde.* 8

A. *Nos quoque non se gniter agamus. Sed vbi erit ludis scopus?* B. *Ad funem.*

¶ *Or sus, commencons.* 9

Agédum, auspicēmur.

Agē, bonis auibis incipiamus. Or sus, commencons a la bonne heure. Commencons de par Dieu.

¶ *IoueZ pour Dieu.*) Dīctum ab exceptore: Id est Ab eo qui pilam excipit. 10

Fac præludium.

Excipe (pour Dieu.) Dicitur à l'accescente: Id est Ab eo qui pilam in tectum mittit. 11

Excipe iactum præludii.

Excipe (ne n'en feray rien, ioue pour bon si vous uoulez.) 12
Non patiar: lude sis serio.

Sis: pro si vis, antiquo more. Cicero pro Roscio Amerino, Agè nunc, refer animum sis ad veritatem.) Refer sis: Id est Refer si vis. Verbis enim imperatiuis, quia contumeliosa videntur, addebant veteres hanc particulam: ait Donatus.

Terentius in Eunuchis, Cane sis: nescis cui nunc maledicas viro. Sic idem, & Plautus, vterque sæpissime. Ad leniendam igitur imperandi austeritatem, præsertim in sermone quotidiano, elegantes erūt particulæ **SIS**, **SODES**, **QVAESO**, **OBSECO**: interdum etiam **AMABO**, interiectio blandientis.

CA. Or sus, mette deffus. **B.** Tene, ie y met. 13

A. Agè, nunc pilam in tectum mitte.

Eia, lacesse.

Agè, mitte pilam.) **Sub.** In tectum.

B. Excipe: ecce mitto.

O, il n'a pas porté. **Bon**, il n'a pas porté: nous auons quinze. 14

Euge, pila non attigit.) **Sub.** Tectum.

Habemus quindecim.) **Sub.** Numeros. Sic Erasmus accipiendum esse ostendit.

Ad tectum non peruénit.) **Sub.** Pila.

Tectum præteruolauit. *La pile (ou l'esteuf) a passé par aupres, sans y toucher.*

Vicimus quindecim.) **Sub.** Numeris.

Habemus triginta. aut, Vicimus triginta.

Habemus quadraginta quinque. vel,

Vicim⁹ quadraginta, quinque;.) Hæc tamè per eclipsim dici solèt, **Quindecim**, **Triginta**, **Quadraginta** quinque; vidè-

licet suppresso verbo gratiã cõpendii: Id est Brevitatis.
Cæterum omnino ineptum est quod pueri dicunt,
QVADRA, Pro QVADRAGINTA QVINQVE.

¶ *A. Je ne scay: i'enueulx demander. B. Par le iour il n'a pas porté, a fin que tu ne sois abusé.*) Nō satis est pueris, indulgeri sibi vt ludant: nisi Deū offendāt etiam iurando?

A. Non satis scio: volo disquiratur. B. Nō attigit profectò: vide quàm fallaris!

Varietas. Non satis scio, Non certè scio, Haud certū scio, Incertus sum, Addubito, Subdubito.

Varietas. Volo disquiratur, Volo vt fiat disquisitio, Velim fieri disquisitiōnem.

¶ *Ci'en demande messieurs, n'a il pas porté?* 16

Ad vos rēfero, (spectatōres. Attigitne?) Sub. Pila tectum.

¶ *Et s'il n'en ueulent rien dire, perdrons nous pourtant?* 17

Quid si nihil dixerint: Nostrōne damno id futurum est?

Varietas. Nostrōne dāno? Nobisne fraudi?) Id est Dāno.

¶ *Il disent qu'il n'a pas porté.* 18

Negāt attigisse.) Hoc est Affirmāt pilā nō attigisse tectū.

Afferunt non peruenisse.) Sub. Pilam ad tectum.

¶ *Il disent qu'il a porté.* 19

Dicunt attigisse. Affirmant pertigisse.

¶ *Or iouons, nous sommes quinze.* 20

Agè, ludū prosequamur: habemus quindē nos.) Sub. Números.

Id est Vtrique habemus quindecim. *Nous sommes quinze* est a dire *Nous auōs chascun quinze.*

¶ *Nous sommes trenteins.* 21

Habemus tricēnos.

Vtrique triginta.) Sub. Habemus.

¶ *Nous sommes a deux.* 22

Habemus quadragenos quinos.) Id est Vtrique quadraginta quinqve.

C'est a dire Nous sommes a deux de ce ieu.

Cur nō dixisti, PARES SVMVS? Ne fiat amphibologia: Id est Sermonis ambiguitas.

¶ *J'ay l'avantage.*

23

Habeo potiores.) Sub. Partes. Sic Erasmus.

¶ *J'ay l'avantage pour ceste la.*

24

Habeo quadragintaquinque cum illo término.

¶ *Nous sommes a deux de ieu.*

25

Vtrique tres lusus euicimus.

Vtrique tres ludos habemus.

Habemus ternos.) Sub. Ludos: Id est Vtrique tres.

Habemus binos. *chascun deux ieux.*

Habemus quaternos. *chascun quatre.*

Habemus singulos. *Ieu a ieu.*

¶ *J'ay l'avantage des ieux.*

26

Vici ludorum número.

Varietas. Vici, Superior sum, Súpero, Excêdo.

¶ *Fay une bonne chasse.*

27

Emitte longinquum terminum.

Hic terminus, término.

Varietas. Terminus, Meta. Sic vtroque vtitur Erasmus.

¶ *Marque la chasse.*

28

Signa terminum.) Hoc est Signa locum, quo pila décidit.

Pone notam.

Signa terminum, ne éxcidat. *Marque la chasse, de peur qu'on ne l'oublie.*

¶ *Nous auons deux chasses assez bonnes.*

29

Habemus duas metas, satis longinquas. vel, Satis procul fitas.

¶ *Tu n'as gardé d'auoir ces deux bonnes chasses.*

30

Non tibi est in manu, vt istos duos terminos tam remotos prætercurras.) Non est tibi in manu, *Il n'est pas en toy, Il n'est pas en ta puissance.*

Varietas. Non tibi est in manu, Non est in tua manu, Nō est penes te, Non est tuarum virium.

Varietas. Prætercurras, Súperes, Exúperes, Prætergrediaris, Transfilias.

¶ Met λ toy en ce coing la: & toy au milieu: ie seray icy. 31

Tu Petre, concède in illum angulum: tu Ioannes in medio consistite: ego hîc obseruabo.

Varietas. Cōcede in illū angulum, Occupa illū angulum.

¶ Defende λ bien vostre lieu: car si nous perdons ceste chasse, nous auons perdu le ieu. 32

Suum quisque locum strenuè defendite.

Suum quisque locum gnauiter tueatur.

Suam quisque stationem diligenter tutamini. Nam amisso illo termino, hic ludus nobis perierit.

Statio propriè locus est militibus in prælio ad defendendum assignatus. Hîc igitur translatio est à re militari.

¶ Defendons bien ung chascun nostre lieu. 33

Suum quisque locum fortiter defendamus.

¶ Tien toy en ton lieu. 34

Tu tuo consiste loco.) Sub. In.

¶ Met λ toy derriere moy. 35

Tu mihi à tergo consistite.

¶ Arreste la pile. 36

Siste pilam.

¶ Arreste bien. 37

Siste diligenter.) Sub. Pilam.

¶ Garde bien la ou tu es. 38

Obserua istic sedulo.

¶ Voila qui ua bien: nous auons gaigné la premiere chasse. 39

O factum bene: priorem terminum superauimus.

Euge, bene cecidit: prioré metam prætercurrimus.) Euge, interiectio est exultantis, siue gaudentis.

Varietas. Bene cecidit, Successit, Prosperè cessit. In singulis subauditur nominatiuus R E S.

¶ *Ci'ay aussi bon que uous. Veuls tu a remettre* 40
 Sors est mihi æquè bona tecum. Vis vt iactus iteretur.)
 Æquè bona tecú: Id est Perinde bona, atque tibi. Tam
 mihi bona, quàm tibi.

Eadem tecum mihi est conditio. Visne pilam rursus mit
 ti?) Sub. In tectum.

Nó sum deteriori, quàm tu, cõditione.) Quàm tu: Sub. Es.
 In dubio res est. *La chose est douteuse, La chose est en doute*
 Res est controuerfa. *La chose est en debat.*

¶ *Ci'ay meilleur que uous.*

41

Mea potior est conditio.

Inclinat res in partem meam.

¶ *Mesurons.*

42

Metiamur.

¶ *Ci'ay meilleur que uous d'ung doigt.*

43

Vinco te vno digito.

¶ *Ce ne te croy pas, ie ueulx mesurer comme toy.* 44

Non tibi credo: volo & ipse metiri.

Nolo tibi credere: ego quoque metiri volo.) Quoque: Id
 est Sicut & tu mensures.

Varietas. Non tibi credo, Non tibi satis fido, Non habeo
 tibi fidem.

¶ *C'est tout ung, tu le vois bien. Refaisons en.*

45

Facile vides nihil interesse. Age, repetamus iactum.

¶ *Il n'est pas par dessus la corde. Il est soubz la chor-*
de. 46

Misisti infra funem.) Misisti: Sub. Pilam.

Supra funem misi. *I'ay mis par dessus la corde.*

¶ *Il a touché la corde.*

47

Tetigit funem.) Sub. Pila.

¶ *Il ne vault rien.*

48

Non est iactus legitimus.

¶ *Vous l'auetz arresté de vostre bonnet.*

49

Tu stitisti pileo. Sub. Pilam.

- ¶ Tu l'as touché du premier bont. 50
 Tetigisti primo.)Sub Resultu.
 ¶ Tu l'as prins du second. 51
 Excepisti secundo.)Sub.Resultu.
 Pila non fecit resultum.Vel,
 Non resiluit. La pile(ou l'esteuf)n'a point faiët de bont.
 Fallâcem resultum fecit.
 Obliquè resiluit.Vel,
 Resultu fefellit.Elle a faiët ung faulx bont.
 ¶ Je l'ay prins de uolee. 52
 Excépi volâtu
 ¶ La pile a passé par dessus moy. 53
 Pila me transuolauit.
 ¶ La pile a passé bien pres de toy. 54
 Te pila præteriit
 Præterîre, Passer par aupres,ou par deuânt quelque cho-
 se:ou, passer tout oultre.
 ¶ Il a passé par aupres de ton costé. 55
 A lâtere te præteriit.
 ¶ Il ne s'en a gueres fallu qu'il ne t'ait touché. 56
 Te pœnè tetigit.)Sub.Pila.
 ¶ Tu as faiët ung bon reuers. 57
 Auerfa manu scitè retorristi.)Sub.Pilam.
 Retorquêre pilam, Reiecter, ramener, refrapper la pile
 de l'ung a l'autre.
 Varietas. Retorquêre, Repellere, Reflectere, Repercute-
 re, Referîre.
 Repelle pilam reuolantem, Repoulse la pile de uolee.
 Ludamus pila recíproca.Vel,
 Ludamus pila datâtim. Iouons a peloter, Pelotons.
 ¶ Ça romps les loix 58
 Haud legitimè ludis.
 Præter morem ludi facis.
 Non rectè ludis.

- ¶ Tu ne me baille pas beau ieu. 59
 Non satis commodè mittis.
 ¶ Comme tu me bailleras, ie te rendray. 60
 Vt miseris, ita remittam.
 ¶ Ie ne fâÿ pas pour bon: car tu es deuant le ieu. 61
 Non ludo seriò: quia pilæ obſtas.
 ¶ Il n'y a pas ieu. Il n'y a point de ieu. 62
 Non tranſiit ſcopum.) Sub. Pila.
 ¶ Il y a ieu. 63
 Tranſiit ſcopum.) Sub Pila.
 ¶ Compte ton ieu. 64
 Ede tuos números.
 Dinúmera quidnam habeas.
 Númera tuos lúſus. Vel, tuos ludos. *Compte tes ieux.*
 ¶ Ioue.) Dictum ab eo, qui pilam ſit excepturus. 65
 Mitte.) Sub. Pilam in tectum.
 ¶ Ioue. Dictum ab eo qui pilam miſſurus eſt. 66
 Excipe.) Sub. Pilam.
 ¶ Nous l'auiòs gaigné ſi nous uolòs. Il ne tiendra qu'en
 nous, ſi nous ne gagnons. 67
 In manu eſt nobis victòria.) Id eſt In noſtra poteſtate.
 Victòria eſt nobis in manibus.
 In noſtra poteſtate victòria eſt.
 Penes nos eſt huius certaminis victòria.) Penes nos: Id eſt
 In noſtra poteſtate.
 ¶ Tu n'as pas dict, Ioue? 68
 Tu nihil præfatus es.
 ¶ Ton coup ne uault rien: car tu n'as pas dict, Ioue? 69
 Fruſtra miſiſti: utpote nihil præfatus: Id eſt) Quia mit-
 tendo pilam, nihil præfatus es.
 Nullus erit ille iactus: quia nihil præfat⁹ miſiſti.) Sub. Pi-
 lam: Id eſt Quia tu miſiſti pilam, cum tamé nihil præ-
 fatus eſſes.
 ¶ Il ne fault plus qu'ung coup. courage. 70

Vnicus restat iactus. Eia præstemus nos viros. Or *sus mõ-
strons nous fors. Prenons courage.*

Vnus iactus ludum finiet. Agè, recipiamus animum. Or
sus reprenons courage.

¶ *Tien bon Pierre: si tu nous delaisse, nous sommes per-
duz.* 71

Dura quæso, mi Petre: si nos désèris, perimus.

¶ *Nous auons ce ieu.* 72

Noster, hic ludus est.

¶ *Nous auons la partie. Nous auons gagné la partie.
vous deuez.* 73

Tota nostra est victoria. Vos autem debetis. Vel, Nobis
estis debitoris.

Nos omnino vicimus: vos verò prorsus victi estis.

Omnino sumus victores: vos autem debitoris.

¶ *Mais vous nous donnerez nostre reuanche.* 74

At reddetis nobis certaminis potestatem. Ex Quintiliano.

At nobis facietis lusus repetendi copiam.

¶ *Or sa la reuanche.* 75

Agè reuincendi causa certâmen instauretur.

¶ *A. comment uoulez vous iouer a ceste fois? B. Quite,
ou double. A. Je n'en feray rien: nous iouerons seulemēt
la moitié.* 76

A. Qua nunc conditione certare vultis? B. Vt aut soluti si-
mus: aut debeamus duplum.

A. Quâti nûc vultis cõtêdere? B. Quâtum debem⁹.) Id est
Tanti cõtêdere volumus, quâtum iam debem⁹. D'au-
tant que nous deuons. Pour autant que nous deuons.

A. Non placet mihi conditio. Ludemus dimidio.) Id est
Dimidia parte.) Sub. Debiti.

¶ *A. A combien de ieux sera la partie? B. A trois sans
plus iouer.* 77

A. Quot ludis stabit victoria? B. Omnino tribus.

A. Quotolus victoria constabit? B. Ad summum tertio.

¶ *La partie sera a trois ieux.*

78

Tribus ludis stabit victoria.) Stabit: Id est Constat.

Tertio lusu pars alterutra vicerit.

¶ *Il n'y aura point d'avantage de ieux: mais ceulx qui auront les premiers trois ieux, gagneront.*

79

Vtra pars tres lusus prior euicerit, victrix erit.

¶ *Tout sera a boire.*

80

Totum lucrum infumetur in computationem.

Quicquid erit lucri, computatiuncula dicabitur.

Non decet scholasticos (vt alibi admonuimus) in cubiculis contra maiorum præcepta computare. Cur igitur (inquis) ludam? Vt animum relaxes: Vt corporis exercitatione valetudini consulas. Nonne, quod ludis, indulgentia est? Quid si lusiones omnino tibi negaretur? Viue igitur contentus ista magistrorum tuorum venia: ne, dum licentiæ nimium vsurpas, id amittas quod tibi indulgetur. Obedi puer præceptoribus tuis, vt diuinæ pareas voluntati. Sic enim iubet Petrus: sic Paulus, ambo apostoli, ambo sanctissimi. Et ii quidem non à Platone, non ab Aristotele: sed à spiritu Dei hanc doctrinam acceperunt. Quid quæso censes futurum, si in scholis, in tanta frequentia, in turba effrænata, eiusmodi computationes permittentur? Quid inquam futurum censes? Nimirum, vt arcem Mineræ sapientissimæ temulentus inuadat Bacchus, vt castos Musarum fontes libidinosa Venus possideat. Hoc est, Vt pro continentia regnet crapula & ebrietas: pro pudore & castitate libido atque intemperantia dominetur. Quid enim Venus ebria curat? Tales pestes à gymnasiis **C H R I S T V S** precor Optimus Maximus procul repellat. Nulla est sanctior vita, quam scholastica: nullum gymnasium religiosius cœnobiū: si illic, vt decet, viueretur. O fortunatos nimium, si bona sua norint, scholasticos. Memineritis obsecro pueri, Memineritis adolescentes etymologiæ vestrorum nominum. Cur enim pueri: Quia pueros, castos, G.iii.

continentes, sanctos & immaculatos esse vos oportet. Sanctus enim est Dominus Deus vester: qui vos non vocavit in immunditiam: sed in sanctificationem. Cur autem adolescentem? Nempe quia dum adolescentis, id est, annis crescit: simul virtutibus crescere debetis: ut in viros paulatim evadatis. Quid autem est vir, nisi consummata virtutis homo: Quamobrem date utrique operam, studete, laborate ut nominum vestrorum originem possitis integram conseruare: Hoc est, Ut pueri puritatem factam rectam tueamini: adolescentem verò bonis cum literis, tum moribus & sana doctrina in dies accrescatis, atque in vobis locum habeat sapientissimi regis, ac vatis eminentissimi diuinum illud oraculum, **IBUNT DE VIRTUTE IN VIRTUTEM.** Et quoniam in hanc ipsam mentionem incidimus, velim paulò (si placet) liberius de re seria, vestroque profectu vobiscum agere.

Quoniam igitur omnis proficiendi ratio atque adeo omne bonum à Domino Deo proficiscitur, ab hoc sit vestrae eruditionis principium, ad hunc vestri omnes conatus referantur. Hoc est, Certò credite, nullo studio, nullo labore, nullis quanlibet eruditis præceptoribus, vos consequi posse, ut faciatis aliquem profectum, vobis ad animæ salutem (sine qua vana sunt omnia) profuturum. Pròinde, si in moribus, si in ipsis literis auetis ex animi sententia proficere: Deum vnice amate: Deum piè colite: in Deo spem vestram reponite: ad Deum, veluti ad scopum, studia vestra omnia dirigite: huic vni acceptum referte, siquid vobis inerit boni: denique vos illi pia precatione & saepe, & ex animo commendate.

Libenter & legite & audite verbum Domini: nec solò per occasionem audite: sed etiam de industria quærite. Huius enim vel vnica sententia plus confert ad vitiosas animi affectiones emendandas, & malos mores corrigendos, quàm omnes omnium ethnicorum præceptiones

atque monumenta.

Prima igitur sit vobis cura rerum diuinarum: morum deinde honestorum, postremò doctrinæ politioris ac eruditiõnis bonæ.

Ab omni turpitudine & corpus & animũ abstinete: vt mũdi sitis in conspectu Dei. Siquidem precio empti estis carissimo: nẽpe sacratissimo Domini nostri I E S V C H R I S T I sanguine: quo nihil fuit in rerum natura preciosius: imò cuius vnica guttulæ ne totus quidem mundus comparandus sit. Nolite ergo tantũ vestræ redemptionis precium vilissimè proculcare.

Diligite vos inuicem exemplo C H R I S T I, qui vos & gratis, & vltro ita dilexit: vt semetipsum pro vobis, & vestræ salutis in mortem acerbissimam dederit.

Alter alterius, ónera portate: sic adimplebitis legem C H R I S T I, ait diuus Paulus. Portabitis autem alter alterius onera, si mutuis officiis vos adiuuabitis: si vicissim offensas remittetis nulla vltiõne quæsita: si prauos & corruptos mores dissuadere, si optima quæque suadere, & quicquid boni didiceritis, benignè cum omnibus communicare gaudebitis.

Exercete vos honestissimis disputationib⁹, citra vllum odium aut malevolentiam. Nec tantum id faciendũ erit tempore ad eam rem in gymnasiis præfinito: sed quoties oblata fuerit alicunde occasio. Acuit enim ingenium frequens disputatio: memoriãque confirmat.

Nec parum profuerit de studiis sæpissimè cõferre: prælectiones simul repetere: & de dubiis modò peritiõres cõdiscipulos, modò ipsum doctorem consulere.

Certate inter vos non de inéptiis, non de scurrilitate, non de mendacijs, non de coloribus (quod est dæmonũ inuentum ad turbandam scholarẽ concordia, & inimicitias perpetuò fouẽdas) sed de Latino sermone, de verborũ proprietate, & elegãtia, de cõscribẽdis epistolis, de mo

ribus & officiis in omni vita seruãdis. Solebat Cicero (vt Macrobius refert) cum Roscio nobilissimo histrione cõtendere, vtrum ille sapius eandem sententiam variis gestibus efficeret: an ipse per eloquentiã copiam sermone diuerso pronũtiaret. Talis esse debet scholasticorũ æmulatio, talis contentio. Nihil enim pulchrius, nullum honestius certamen inter adolescentes ingenuos esse potest: quàm virtutis amore contendere, quis probitate, & morum honestate præstabit: quis eleganter scribendo, quis Latinè loquendo eminebit: quis copia tum verborum, tum rerum antecèdet.

